B. 61.a.
16408

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-18817/fragment/page=0002



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-18817/fragment/page=0005


CONSPECTUS BIBLIO
TH Æ UFFENBACHIANÆ
Fratri carissim. ea qua potuit manu
delineavit. et sculps. Germanus I.F. ab U. v. 27.

BIBLIOTHECAE
VFFENBACHIANAE
UNIVERSALIS
TOMUS III.

EXHIBENS

INTEGRUM MSSTORUM
TAM VET. QUAM RECENT.
APPARATUM,

QUEM

Z. C. AB VFFENBACH
SUMMO STUDIO ATQUE
LABORE CONLEGIT,

NUNC VERO

BIBLIOPHILIS
ÆQUO PRETIO OFFERT.

FRANCOFURTI ad MOENUM,
Apud Jo. Benj. Andreæ & Henr. Hort.
Typis BALTHASARIS DIEHLII,
M DCC XXX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-18817/fragment/page=0008

KGEN. BIBL. DER UNIVERS. HALLE.

L. B.

QUodsi pro æquitate tuâ, ut confido, agnoviſti, librorum meorum typis exſcriptorum & in duobus Catalogi hujus tomis prioribus Tibi oblatorum diſperſionem animum meum haud parum, & quidem non ſine ratione, adfeciſſe, vitio ſanè vertes minime, ſi novum majoremque illum, quem triſtis admodum Codicum MSStorum,

rum, quos præsens exhibet volumen, jactura, in mente mea, excitat dolorem, publicè testor. Cum enim horum adparatus meliorem, præstantiorem ac nobiliorem Bibliothecæ meæ partem hactenus effecerit, facilè concipis, eorundem dissipationem, eò majorem afferre ægritudinem omnino debere. Quò enim difficilior esse solet talium cimeliorum comparatio, quò majoribus sumtibus atque laboribus in Codicibus MSStis conlegendis opus est, eò gravior atque molestior necessario esse debet eorundem dissipatio atque jactura. Quamobrem

alicu-

alicujus ſolatii loco fuiſſet, ſi hic MSStorum adparatus ſervari integer ac in illuſtrem quandam Bibliothecam felici ſucceſſu inferri potuiſſet. Verum enim vero amor erga bonas litteras in plerorumq; Principum Aulis ita deferbuit, ac luxus in iisdem regnans tot tantosque ſumtus requirit, ut vel nulla vel admodum exigua Bibliothecarum cura amplius habeatur. Cum etiam copioſior ac pretioſior hæc MSStorum collectio ſit, nulla ſanè ſpes emtorem reperiundi affulſit, qui ſcilicet eandem, etſi æquiſſimum vel etiam viliſſimum integro corpori ſtatuere vo-

luiſſem pretium, coëmere atque comparare voluiſſet. Illud igitur, quod cum libris typis exſcriptis cepi, quodve ſuis, ut in præfatione, primo hujus Catalogi Tomo præfixâ, dixi, rationibus atque commodis haud caret, conſilium ineundum fuit, ut optimos hos quoque Codices meos ſeparatim divenderem, etſi grave atque moleſtum id non modo mihi accidat, ſed aliis etiam, ut ex Amicorum plurimorum litteris colligo, dolendum videatur, hunc adparatum tanto ſtudio atque labore conquiſitum, diſpergi. Quantæ enim molis ſit aliquam

MSSto-

MSStorum Codicum ſuppellectilem condere, omnes certè norunt, qui talem comparare in animum unquam induxerunt. Non enim hic modo *Opus* & *Labor* eſt, ſed ſingularis etiam in MSStis, vet. inprimis Codicibus acquirendis, *Fortuna* requiritur, nec *omnibus*, etiam in his, *contingere*, *adire Corinthum*, exinde elucet, quod copioſiſſimæ ac præſtantiſſimæ etiam Bibliothecæ vix unâ alterâve eorundem decade ſuperbiant. Quam rara etiam ſint in publicis, quæ ſub haſtâ fieri ſolent, librorum ven-

ditionibus, MSSta, omnibus notum est, qui horum Catalogos studiosius perquirere atque ex iisdem Bibliothecas suas locupletare amant atque sata gunt. Quamvis igitur omnem lapidem moveas, indefessam planè diligentiam & improbos etiam labores adhibeas, ac denique vel Croesi divitias impendere velis, frustra tamen, nisi benignior *Fortuna* arrideat faveatque, laborabis. Injurius forsan Tibi B.L. viderer, si egomet de *Librariâ*, ut eam per jocum nomina-

re

re ſoleo, *Fortunâ* conquerar. Faventem ſatis atq; largam etiam, fateor, primis, quibus ante viginti ſex annos Bibliothecam haud *invitâ* forſan, abſit jactantia! *Minervâ* colligere atque inſtruere cœpi temporibus, ſeſe præbuit, parciorem tamen poſtea ſeſe exhibuit, adeò, ut vix unum alterùmve, veterem inprimis, Codicem per aliquot jam annos obtulerit. Cum enim ante viginti, & quod excurrit, annos, ingens planè membranarum copia in nundinis noſtris fuerit ad-

vecta, adeo, ut è plurimis fæpe membranarum centenariis ſeligere mihi licuerit, nunc certè vix folium amplius affertur, quod adſervari mereatur. Quæ enim etiamnum, quamvis rarius, ex monaſteriis adducuntur volumina, *Miſſalia*, ut vulgo vocantur, ac inutilia planè eſſe ſolent, veterum Scholaſticorum & aliorum ſcripta, futiliaque alia. Quamvis etiam Germania noſtra præſtantiſſimorum Codicum Copiâ olim, (quod facilè, ſi hujus loci eſſet, demonſtrari poſſet,)

abun-

abundarit, exteri non modo meliorem horum partem callidè (quod quam plurimis etiam comprobare exemplis liceret,) nobis abſtulerunt, ſed Bracteatores ac Bibliopegi, (quod in perniciem vet. membranarum natum hominum ſanè genus eſt,) ingentem eorundem copiam ad profanas operas ſuas adhibuerunt atque peſſumdederunt. Nolo autem hiſce, licet juſtiſſimis, querelis, quas jam alibi dolor atque indignatio expreſſit, Te B. L. fatigare. Gratum magis atque jucun-

cundum, procul dubio, foret, si fusius enarrarem, qui fieri potuerit, ut in illa, de quâ dixi, bonorum Codicum ac MSStorum, nostris hisce in oris ab aliquo tempore, penuriâ atque raritate, hanc qualemcunque eorundem suppellectilem comparare, ac tot nihilominus bonæ notæ volumina ab interitu vindicare valuerim. Singularia sanè nonnulla ac Bibliophilis inprimis pergrata atque utilia, in hoc argumentum afferre liceret, nisi angusti Præfationis limites arcerent. Cum

enim

enim veterum quispiam *magnum librum magnum malum* rectè dixerit, magnam atque prolixam Præfationem majus adhuc malum existimo. Congruè magis atque opportunius etiam hæc ipsa in Commentariis de *vitâ propriâ*, quos scribere cœpi ac, si modo DEUS T. O. M. vitam atque otium concesserit, perficiam, exequar. Hoc unicum adhuc B. L. monendus es, me quidem MSStis hocce Tomô comprehensis, aptam librorum manu Doctorum Virorum notato-

rum

rum, emendatorum & illustratorum coronidem addere voluisse, cum vero numerus eorundem ad CCCC. excurrat, index vero huic volumini, (quod MSSta cum libris typis exaratis, quos cœteri Catalogi Tomi sistunt, commiscere absonum videretur,) necessariò annectendus erat, in nimiam molem præsens volumen tertium excrevisset. Hanc igitur librorum optimæ notæ farraginem, in quartum hujus Catalogi volumen, quod præter omissorum spicilegium &

incom-

incompactorum nonnullorum librorum Catalogum, ac deniq; indices in Tomos duos priores exhibebit, reservabo, quod ipsum in Paschalibus anni futuri nundinis, DEO volente! lucem videbit. Tu interim B. L. Vale! ac commodâ, quæ Tibi à me præbetur, suppellectilem Tuam librariam MSStis etiam Codicibus augendi ornandique occasione, si Tibi quidem videbitur, fruere. Ne vero meis tantum commodis atque rationibus (quod abjectæ & à me longum alienæ certè

men-

mentis est,) servire velle Tibi videar, plura non addo. Ipse, si sapis, memor eris veteris illius Poëtæ moniti:

Rem Tibi quam noris aptam dimittere noli,
Fronte capillata est, posthæc OCCASIO *calva.*

Cavebis enim ne prudens illud alterius cujusdam Vatis in te cadat effatum:

Sum Dea quam rara & paucis OCCASIO *nota!*

Iterum vale, scribebam Trajecti Francorum ipsis Kalendis Sept. MDCCXXX.

MONI-

MONITUM.

MSSta volumina, quæ hoc Tomo tertio exhibentur, iisdem legibus atque conditionibus, quæ in præfationibus, prioribus hujus Catalogi voluminibus præmissis, leguntur, BIBLIOPHILIS concedentur, ideoque supervacaneum fuisset quidpiam præmonere atque denuo præfari. Cum vero plurimis consultius hactenus visum fuerit, ipsum adire Possessorem, quam Bibliopolarum operâ, in libris comparandis, uti, id saltim hoc loco declarandum duximus, Possessorem non equidem abnuere, nec consilium, quod variis niti videtur rationibus, improbare, si modo absque epistolici commercii transmissionisque librorum onere fiat. Ad illud enim suscipiendum, ob negotiorum

tiorum, quibus obruitur, molem, ipsi haud vacat, hanc vero ut curet, alienum à se existimat. Rogandi igitur sunt omnes, qui vel ex prioribus Catalogi Tomis libros adhuc typis exscriptos, vel ex hoc MSSta volumina desiderant, ut per Amicos vel Mercatores eorundem indices transmittant hisque committant, ut libros pro oblatâ pecuniâ paratâ recipiant atque transmissionis curam agant. Hoc equidem in gratiam BIBLIOPHILORUM recipere in se vult Possessor, ut libri bonâ fide conquirantur, ac per domesticos probè convasentur, quò ab Amicis vel Mercatoribus tutò ac commodè transmitti postea queant. Iterum atque iterum Vale!

CON-

CONSPECTUS SECTIONUM TOMI HUJUS TERTII BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ.

	Pag.	Num. Cod.
PARTIS I. SECTIO I. EXHIBENS CODICES EBRAICOS. -	3 usq; 54	CCXXXV
PARTIS I. SECT. II. SISTENS CODICES GRÆCOS. - -	55 usq; 61	XXVII.
- SECT. III. IN QUA HABENTUR CODICES ORIENTALES RELIQUI. - -	61 usq; 70	LV
- SECT. IV. COMPREHENDENS CODICES VET. LATINOS AC ALIARUM LINGUARUM MEMBRANACEOS ET CHARTACEOS -	71 usq; 123	CLXXXVI
- SECT. V. CONTINENS THEOLOGICA MSSTA. - -	124 usq; 156	XCI

	Pag.	Num. Cod.
PART. I. SECT. VI. EXHIBENS JURA STATUTARIA & AD JUS CIVILE SPECTANTIA MSSTA. - -	156 usq; 182	LXXXVI
- SECTIO VII. COMPREHENDENS MEDICA MSSTA. -	183 usq; 188	XXI
- SECTIO VIII. SISTENS PHYSICA, CHYMICA & ALCHYMICA MSSTA.	189 usq; 201	XXXI
- SECTIO IX. COMPLECTENS PHILOSOPHICA & MATHEMATICA MSSTA. - - -	201 usq; 215	LV
- SECTIO X. COMPREHENDENS POLITICA & JURIS PUBLICI ATQUE FEUDALIS MSSTA. PARS PRIOR SISTENS POTISSIMUM POLITICA & AD JUS PUBLICUM SPECTANTIA SCRIPTA. - - -	215 usq; 269	CXXVII

PARTIS

	Pag.	Num. Cod.
PARTIS I. SECTIONIS X. PARS POSTERIOR, EXHIBENS RELIQUA AD JUS FEUDALE POTISSIMUM PERTINENTIA VOLUMINA MSSTA,	269 usq; 272	VI
PARTIS II. SECTIO I. EXHIBENS MSSTA AD ECCLESIASTICAM HISTORIAM SPECTANTIA. -	275 usq; 295	LIX
- SECTIO II. COMPREHENDENS MSSTA AD HISTORIAM PROFANAM PERTINENTIA. -	295 usq; 397	CCXX
- SECTIO III. SISTENS GENEALOGICA & HERALDICA MSSTA. - -	397 usq; 439	XLI
SECTIO IV. IN QUA HABENTUR CHRONOLOGICA GEOGRAPHICA, & AD ANTIQUITATES		

SPECTANTIA	Pag.	Num. Cod.
MSSTA. - - -	440 usq; 458	LVI
- SECTIO V. ENARRANS CRITICA MSSTA. - - -	458 usq; 478	LXXXIII
- SECTIO VI. CONTINENS MISCELLANEA s. VARII ARGUMENTI MSSTA.	478 usq; 504	LVI
- SECTIO VII. IN QUA HABENTUR SUPPLEMENTA CATALOGI MSSTORUM MAJORIS, HALÆ MDCCXX. TYPIS EXARATI, MSTA AB ILLO VIDELICET TEMPORE COMPARATA SISTENTIA. -	505 usq; 678	
- SUPPLEMENTUM I. IN QUO: CODICES ORIENTALES.	505	III
- SUPPLEMENTUM II. COMPREHENDENS CODICES LAT. MEMBR. AC		

CHAR-

CHARTACEOS	Pag.	Num. Cod.
VET. - - - - -	507 usq; 555	XC.
- SUPPLEMENTUM III. EXHIBENS THEOLOGICA MSSTA. - - -	556 usq; 584	XL
- SUPPLEMENTUM IV. SISTENS JURA STATUTARIA & JURIDICA MSSTA. -	584 usq, 598	XXII
- SUPPLEMENTUM V. CONTINENS MEDICA, CHYMICA, PHYSICA & PHILOSOPHICA MSSTA. - - -	599 usq; 606	XVIII
- SUPPLEMENTUM VI. EXHIBENS POLITICA & AD JUS PUBLICUM AC FEUDALE SPECTANTIA MSSTA. - -	606 usq; 640	LXXI
- SUPPLEMENTUM VII. OMISSA NONNULLA VOLUMINA MSSTA. - -	640 usq; 678	X

PARTIS

	Pag.	Num. Cod.
PARTIS II. SECTIO OCTAVA COMPREHENDENS MSSTA SUSPECTÆ FIDEI, VULGO PROHIBITA. - - - - -	679 usq; 751	XCII
MSSTA NONNULLA SUSPECTÆ FIDEI INCOMPACTA. - - - - -	571 usq; 758	XXI



BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MSTÆ COMPENDIARIÆ PARS PRIMA,

QUA

CODICES IN CATALOGO MAIORI, HALÆ MDCCXX. TYPIS EXSCRIPTO, FUSIUS RECENSITI, BREVITER, ADIECTIS PRETIIS, ENUMERANTUR.



BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MSTÆ COMPENDIARIÆ PARTIS PRIMÆ SECTIO PRIMA, EXHIBENS CODICES EBRAICOS.

I.

SPissimus codex membranaceus formæ librorum maximæ, exhibens Pentateuchum Mosaicum vna cum Masora parua, & ONKELOSI paraphrasi Chaldaica. Occurrunt quoque Haphtaræ omnes, & libellus Ruth, canticum canticorum, Ecclesiastes, liber Esther, ac threni Ieremiæ. 50:.

II.

Aliud volumen membraneum in folio, continens pariter quinque libros Mosis, & חמש מגילות quinque modo indicatos libellos: adsunt quoque Haphtaræ, nec non Masora parua. 30:.

III.

Genesis Ebraica, cum interpretatione ONKELOSI Chaldaica. Quædam Exodi & Deuteronomii, cum Masora gemina. 10:.

IIII.

Pars Pentateuchi a Genes. VI. 14. ad Exodi XIII. 15. cum subiecta Onkelosi versione, ac vtraque Masora. 6:.

V.

Particula ex libro Numerorum inde a capite XV. 35. adusque finem istius libri, cui subnectitur Deuteronomium & חמש מגילות 3:.

VI.

Liber Iosuæ, Iudicum, uterque Samuelis, duo libri Regum, Prophetæ maiores & minores, Hagiographa, quinque Megilloth, Daniel, Esras, Nehemias & Chronicorum libri duo. 50:.

VII.

Liber Iudicum, libri Samuelis Regumque, Prophetæ maiores æque ac minores. 10:.

VIII.

Maxima Deuteronomii pars, cum Masora tergemina; item libellus Ruth, Threni, Koheleth. 6:.

IX.

Psalmi Dauidici omnes, quibus præfigitur oratio recitanda, quando quis aliquem ex quinque libris

libris psalmorum, (in tot enim distribuuntur,) inchoare voluerit. 3:.

X.

Psalterium Dauidis, cum RASCHII commentario ab initio codicis ad psalmum vsque octauum instructum, in qua commentatione Raschiana non pauca exstant, quæ in plerisque editis exemplis neglecta sunt. 3:.

XI.

Liber Danielis, Esræ, Nehemiæ, ac vterque Chronicorum. 2:.

XII.

Volumen Estheræ, non libri forma, sed voluminis scriptum conuolutumque. 2:.

XIII.

Idem Estheræ volumen, eadem ratione exaratum & inuolutum. 2:.

XIV.

Libellus Ruth in forma voluminis, sicuti duo præcedentes codices. 2:.

XV.

Fragmenta חמש Haphtaroth, quæ ducto initio ex Haphtaræ הבאים ישרש Jes. XXVII. 6. desinunt in Haphtara penultima ויהי ככלות & his ejus verbis יהי יי אלהינו עמנו I. Reg. VIII. 54. Adest Masora magna textualis & parua. 2:.

XVI.

Codex Haphtaroth similiter complectens. 3:.

XVII.

Paraschæ & Haphtaroth integræ. 2:.

XVIII.

Anonymi commentarius in Pentateuchum, multis contumeliis in Christum fidemque Christianam refertus. 12:.

XIX.

α) Incerti commentatio in difficiliora Pentateuchi loca, quæ auxilio paraphrasium Chaldaicarum, & Raschianæ interpretationis, potissimum exponuntur.

β) Commentarius RASCHII in canticum Salomonis, Ruth, Threnos, Ecclesiasten, atque libellum Esther. 6:.

XX.

פירוש siue commentatio in Haphtaroth, Iobum, Estheram, lamentationes Ieremiæ, libellum Ruth, Ecclesiasten, & canticum canticorum. Sequitur ignotus auctor vestigia maxime R. SALOMONIS ISAAC, ita tamen, vt multa adferat, quæ neque in illo, neque alio quodam Iudaico enarratore, occurrunt. 6:.

XXI.

מדרש תהלים expositio Psalmorum LXXIV. priorum, cui accedit RASCHII commentarius in hymnos Dauidicos vsque ad Psal. LXXVII. 7. 3:.

XXII.

Incerti explanatio commentariorum Raschianorum in quinque libros Mosis, subsistens in capite XVI. Deuteronomii. 4:.

XXIII.

Anonymi expositio in Pentateuchum, non litteralis illa, sed Kabbalistica. 2:.

XXIV.

XXIV.

α) לקט יוסף h. e. collectanea IOSEPHI, *filii* ALEXANDRI, synagogæ Gelnhusanæ doctoris, in primum Mosis librum.

β) Alterius auctoris perbreuis cōmentarius in Deuteronomium, quinq; Megilloth, & in Haphtaroth.

γ) Formula precandi, ante lectionem librorum Propheticorum usurpanda. 2:.

XXV.

Incerti enarratio in RASCHII commentaria, quæ in Genesin, Exodum, Leviticum, Numerosque composuit. 3:.

XXVI.

Liber orationum in nouo anno, die piaculari, & festis vmbraculorum diebus recitandarum, vna cum adscriptis virulentis adversus nos Christianos expositionibus. 6:.

XXVII.

Machsor elegantissimum. 4:.

XXVIII.

Preces Sabbaticæ, paschales, diei expiatorii & solennitatis tabernaculorum. 6:.

XXIX.

Non dissimilis precationum codex. 3:.

XXX.

Antiquissimum & optimum Machsor. 5:.

XXXI.

Euchologium a diebus Purim incipiens, & ad Pascha, Pentecosten, diemque Kippur progrediens. 6:.

XXXII.

Machsor elegantissime scriptum. 6:.

XXXIII.

Orationes noui anni, diei piacularis, & festiuitatis tabernaculorum, cum Paraschis & Haphtaroth atque Koheleth. 8:.

XXXIV.

Preces Paschales, insertis Paraschis & Haphtaris, & cantico Salomonis. 2:.

XXXV.

Pars 7ã Machsor. 2:.

XXXVI.

Paschales orationes, libellus Ruth, Canticum Canticorum, Paraschæ denique ac Haphtaroth. 2:.

XXXVII.

Particula ex Iudaico Machsor. 2:.

XXXVIII.

1) Psalmi Dauidici omnes. 2) פסוקים דאלידהו sive, *vita & res gestæ* ELIÆ, ex diversis S. Scripturæ locis congestæ. 3) Orationes quotidianæ, desponsatorum, & quarum in festis diebus atque funeribus recitatio est suscipienda. 1:45.

XXXIX.

קינות Lugubres orationes diei noni mensis Abh. 2:.

XL.

Eædem קינות cum parte Threnorum Ieremiæ, libro Iobi integro, & prioribus ex Ieremia vaticiniis. 3:.

XLI.

Precationes Sabbatorum, nouiluniorum, trium maximarum in anno solennitatum, noui anni, aliorumq; dierum 4:.

XLII.

Matutinæ ac vespertinæ preces, sabbaticæ, paschales, noui anni, Iom Kippur, & Chag Hassuccoth

coth, nec non tria priora capita τῶν *Pirke Aboth.* 3:.

XLIII.

Ejusdem plane commatis codex. 3:.

XLIV.

Pars τȣ̃ Machsor. 3:.

XLV.

Orationes tam in festis diebus, quam negotiis priuatorum receptæ. Addita sunt פרקי אבות *capitula Patrum*, & שיר הייחור של רו יהודה חסיד *cantio de vnitate Dei, auctore R. Iehuda Pio.* 2:45.

XLVI.

Paschales orationes & Pentecostales. 2:.

XLVII.

Preces sabbaticæ, nec non aliæ, quæ vel in nuptiis, vel circumcisione, vel negotiis similibus sunt vsurpandæ. 2:.

XLVIII.

Precationes Sabbati, Paschæ, Pentecostes, nouiq; anni. 3:.

XLIX.

α) Rituale ad dies festos Paschæ, cum *Haggada schel Pæsach*, & precibus in Sabbato, encæniorum solennitate, noui anni auspiciis atque Scenopegia recitandis.

β) R. ISAACI, *filii* R. IOSEPH, *Corbelensis*, liber *Ammude Golah* inscriptus. 4:.

L.

α) Preces & mane & in solennioribus diebus sacris adhibendæ.

β) Libellus חיי עולם *Vita sæculi*, tradens præcepta Iudæis in hac vita diligenter seruanda, quo adsequantur futuram.

γ) Liber תשבץ TAŞCHBEZ dictus, ex placitis R. MEIR congestus.

δ) Liber AMMUDE GOLAH, qui codice præcedente iam adfuit. 6:.

LI.

Præcipuæ orationes in festis diebus recitandæ. 2:60.

LII.

α) Orationes noui anni, Iom Kippur, Chag Hassuccoth, & Paschæ.

β) Prima pars ex opere ARBA TURIM, quæ titulum habet ORACHCHAIIM; adduntur XIII. articuli religionis Iudaicæ fundamentales, a R. MOSE MAIMONIDE constructi, una cum eiusdem הלכות דעות canonibus ethicis. 9:.

LIII.

Preces sub titulo יוצר לפרשה זכור obviæ, & in Purim, Paschaac Sabbatis legendæ. 2:45.

LIV.

פירישים sive commentationes in Iudæorum precationes. 5:.

LV.

Alius commentarius in Iudaicas preces. 5:.

LVI.

Liber קרובץ continens carmina in Sabbato aliisque festis diebus dicenda. 3:45.

LVII.

סליחות hoc est, orationes veniam delictorum petentes, quæ diebus nouum annum festumque expiationis præcedentibus, item in ipsis ieiuniorum & publicarum calamitatum diebus vsurpandæ veniunt. 6:. LVIII.

LVIII. LIX. LX. LXI.

Quatuor hi codices complectuntur pariter modo dictas סליחות cuilibet horum quatuor codicum adsignantur 5:.

LXII.

Commentarius RASCHII in codicem Talmudicum AUODA SARA. 1:.

LXIII.

Pars ז׳ TOSEPHOTH in tractatum Talmudicum BABA MEZIA, a capite secundo ad caput vsque nonum. 3:.

LXIV.

R. Mosis bar Maimon MORE NEUOCHIM Doctor perplexorum. 5:.

LXV.

α) MAIMONIDIS commentarius in caput decimum tituli de Synedriis.

β) Eiusdem tractatus de resurrectione mortuorum.

γ) Commentatio in verba initialia Maimonidea ex tractatu ejus IESODE HATTORAH.

δ) Fragmenta miscellanea ἀδέσποτα. 3:45.

LXVI. & LXVII.

Liber AMMUDE GOLAH. 8:.

LXVIII.

R. LIPMANNI Nizzachon, ab HACKSPANIO publicatus. 2:60.

LXIX.

Liber IORE DEAH, qui secunda pars est ז׳ ARBA TURIM. 7:.

LXX.

LXX.

Tertius ordo ex ARBA TURIM, inscriptus EBEN HAESER. 3:. LXXI.

Index titulorum ac numerorum quartæ partis ARBA TURIM, dictæ CHOSCHEN HAMMISCHPAT. 2:.

LXXII.

R. BARUCH, *filii* R. ISAACI, liber ritualis, cuius inscriptio התרומה 4:.

LXXIII.

α) R. DAUID BLUMA exempla, sive copiæ formulæque litterarum contractus, debiti, repudii, desponsationum &c.

β) Liber ORACH CHAIIM, qui codice LII. adfuit. 1:. 45.

LXXIV.

סו מנהגים sive Rituale Judaicum; cui ad calcem subiiciuntur modi intercalationum, canonum Paschalium, aliorumque ad rem Kalendariam pertinentium. 2:.

LXXV.

Liber THASCHBEZ, similis ei, qui supra locum L. occupauerat. 4:.

LXXVI.

R. ABRAHAMI *filii* MARDECHAI ASULAI liber Kabbalisticus חסד לאברהם BENIGNITAS ABRAHAMI. 1:30.

LXXVII.

α) Dissertatio Kabbalistica de Adamo, eiusque ante lapsum dignitate, cum huius generis nonnullis aliis.

β) Ano-

β) Anonymi expositio Kabbalistica terminorum numeralium.

γ) R. MENACHEM ASARIA MIPPANO liber Kabbalisticus מאמר רהמילואים *tractatus completionum* salutatus. 3 :.

LXXVIII.

Kabbalisticæ expositiones Haggadæ paschalis, festi diei Pentecostes, manipuli agitationum, diei piacularis, & noui anni. 2 :.

LXXIX.

Miscellanea quædam ex Kabbala practica, veluti contra leonum immunitatem προφυλακτικὸν remedium, item ad inimicos delendos, contra cæcitatem, ac quævis alia pericula. 1 :.

LXXX.

α) R. ABRAHAM *ben Arich Leu* liber Kabbalisticus, in fronte signatus מעין חכמה *Fons Sapientiæ.*

β) Liber יצירה *de Creatione*, Abrahamo Patriarchæ vulgo adscriptus.

γ) ספרא רצניעותא *Liber Mysterii*, Soharo insertus; adnectuntur XXXII. *semitæ sapientiæ.*

δ) *Porta specialis in quinque mundos* Kabbalisticos.

ε) Expositio Kabbalistica *Mysterii nucis* atque *corticum* nucem ambientium. 2 :45.

LXXXI.

α) Quædam ex libro Kabbalistico עץ חיים *Arbor vitæ.*

β) *Breuis descriptio consuetudinum & ceremoniarum a R. Isaaco Loria obseruatarum.*

γ) בונת קש sensus sublimior precationis *Audi Israël;*

Israël; item סוד נמילת ידים *mysterium ablutionis manuum*, & סוד הגלגול *mysterium reuolutionis corporum defunctorum.*

δ) Aphorismi varii Kabbalistici, & orationes quoque sacræ Kabbalisticæ, in quibusvis negotiis adhibendæ, hisque non absimilia alia. 3:.

LXXXII.

Liber rhythmicus, res gestas exponens regum Ægypti, Judæorum, Babyloniæ, cumprimis vero historiam Mordechai, Hamanis, Estheræ. 2:45.

LXXXIII.

R. ELIÆ LEUITÆ, GERMANI, opuscula duo Grammaticalia, quorum prius inscribitur ס' הרכבח *liber compositionis*, posterius פרקי אליהו *capitula Eliæ.* 1:30.

LXXXIV.

α) Kalendarium Judaicum, figuris elegantissime ornatum.

β) ס' רוח חן Liber *Spiritus gratiæ*; est introductio generalis in res Physicas. 3:.

LXXXV.

α) Vocum obscuriorum a *R. Samuele Aben Tibbon*, in translatione operis Maimonidei *More Neuochim* ex Arabico in Ebraicum, adhibitarum.

β) AUERROIS commentarius in Aristotelis octo libros φυσικῆς ἀκροάσεως, in libros περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, in libros περὶ οὐρανοῦ, in quatuor μετεωρολογικῶν libros, in librum περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, in librum περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, in librum περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, in librum

librum περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, denique in libros περὶ ψυχῆς. 4:.

LXXXVI.

α) AUERROIS commentarius in Porphyrii libellum de quinque Prædicabilibus.

β) Eiusdem AUERROIS commentatio in Aristotelis κατηγορίας sive Prædicamenta. 3:.

LXXXVII.

α) ס' הרזים *Liber Arcanorum*, exponens nomina Angelorum, quibus cuiuslibet mensis tutela est commissa.

β) Nomina & attributa diuina, ex diversis sacri codicis oraculis eruta per artem Kabbalisticam.

γ) Explicatio mystica aurei candelabri Mosaici.

δ) ספר הגורלות *Liber sortium.*

ε) Commentarius in orationem, quæ incipit אלה אזכרה *Horum ero memor.* Est lepida quædam historia de Rom. imperatore, & trucidatis Iudæis.

ϛ) Historiola de duobus procis, & miscellanea varia sub titulo דרך ארץ *Via terræ.*

ζ) הלכות בריקות leges in mactandorum animalium exploratione observandæ.

η) Liber *vitarum sæculi*, eiusdem argumenti cum eo, quem attulimus codice L. num. 2.

θ) Tredecim virtutum commendatio, per *R. Salomonem Gabrielem.* 3:45.

LXXXVIII.

Quæstiones miscellaneæ 87. ex variorum magistrorum placitis, potissimum vero *R. Samuele Kaidenver*, collectæ. 3.

LXXXIX.

LXXXIX.

א) Catalogus nominum Angelicorum omnium alphabeticus, cum rerum indicio, quibus quilibet illorum est præfectus.

ב) Carmen in memoriam solennitatis Purim. 1 : 30.

XC.

α) Libellus פטירת משה *de morte Mosis.*

β) Tractatus Grammaticus de litteris & punctis vocalibus.

γ) Varia adversum Christianos.

δ) דרשה לשבת תשובה *Homilia in Sabbatum pœnitentiæ.*

ε) Ænigmata diversa, ex S. Codice desumta. 2 : .

XCI

Auri argentique pondo, monetarum quoque valor ac præstantia. 1 : .

XCII.

α) Pars ultima מ"ח Machsor.

β) Expositio Psalmorum Dauidicorum, a Psalmo XXXII. ad LXVII.

γ) R. IACOBI VEIL הלכות שחיטה ובדיקה *iura mactandorum & explorandorum animalium.*

δ) Doctrina de computo Astronomico.

ε) Ordo, secundum quem prælegendæ sunt Paraschæ.

ϛ) Modo memoratus libellus *R. Iacobi* VEIL.

ζ) ספירת העומר *Numeratio manipuli*, sive ratio numerandi septem dierum hebdomadas, quæ Pascha & Pentecosten intercurrunt.

η) קידושין Consecrationes dierum festorum.

θ)

ט) Haggada Paschalis.

י) Tria priora capita שלשה פרקי אבות ex *Capitulis Patrum.* 3:.

XCIII.

א) Breuis enarratio calamitatum quarundam, quas Iudæi Ratisbonenses experti fuerunt.

ב) *R. Israëlis tractatus* חופת אליהו רבה *thalamus Eliæ magnus.*

ג) חדושי דינים *Nouellæ constitutiones de Ritibus.*

ד) Iuris Iudaici sanctiones recentiores, tem *R. Dauidis Munzburgensis conditæ.*

ה) Expositio dicti cuiusdam Magisterialis.

ו) Interpretatio vocabulorum peregrinorum in Targum Estheræ exstantium.

ז) Similis explicatio obscuriorum vocum in Targum ad Canticum Canticorum occurrentium. 1:45.

XCIV.

α) Codex Pseudo-Talmudicus de festis diebus Purim, Mischna & Gemara constans.

β) Liber Kabbalisticus מגן דוד *Scutum Dauidis.* 5:.

XCV.

א) *Minhagim* seu Ritus per totum obseruandi annum.

ב) Cantilenæ rhythmicæ, de laudibus Sabbati, mactando Isaaco, Friederico Imperatore sponsam suam domum ducturo &c. 2:.

XCVI.

Formulæ epistolarum varii argumenti, lingua Iudæo-Germanica exaratæ. :45.

XCVII.

Genesis Ebraica, & pars Exodi; vtraque punctis vocalibus instructa. 3:.

XCVIII.

Compendium commentariorum *R. Dauidis Kimchii* in libros Samuelis, Regum, Iesaiam quoque & Ieremiam; ex quo multæ lacunæ, in *Kimchio* hodie comparentes, suppleri possunt. 6:.

XCIX.

Pars ליה *Machsor* Iudaici. 3:.

C.

Ἀποσπασμάτια τῶν *Selichoth.* 2:.

CI.

Prima pars τῶν *Arba Turim*, dicta *Orach Chaiim*, 4:.

CII.

R. Iacobi Leui liber ritualis *Maharil.* 2:45.

CIII.

א) Commentarius in Dauidis Psalmos omnes, partim verbis *Raschii*, partim lingua Germanica conceptus.

ב) Eiusdem commatis enarratio in vaticinia Iesaiæ.

ג) Ter-

ב) Tergemina expositio Iesaiæ, quæ & paraphrasin continet Germanicam, & commentationem *Dau. Kimchii*, & *Raschii*. 5:.

CIV.

Titulus Talmudicus ראש השנה *De auspiciis noui anni*, & quidem integer, hoc est, Mischna & Gemara. 1:.

CV.

α) Codex Talmudicus *Succah.*

β) Alius codex Talmudis *Beza.* 2:.

CVI.

Liber precum quotidianarum, & festalium potiorum. 3:.

CVII.

R. Isaaci filii R. Ioseph liber *Smak* vulgo, alias *Ammude Golah*, dictus. 2:.

CIIX.

א) Kalendarium Iudaicum, cum præceptis & tabulis necessariis.

ב) Oratio quædam contra Christianos.

ג) Characteres temporum, & diuinationes de aëris tempestatisque mutationibus.

ד) Commentarius in caput LIII. Iesaiæ.

תיקון של ר' ברוך שכר מ"קק פרוסטין ה *Constitutio R. Baruch Sachar ex sancto cœtu Prustin.* 4:.

CIX.

Liber *Ammude Golah*, cum animaduersionibus quibusdam. 3:45.

CX.

R. IOSEPH GEKATILIA liber Kabbaliſticus גנת אגוז *Hortus nucis* dictus. 2:.

CXI.

א) R. MORDECHAI, *filii* R. ISAACI, introductio in abbreuiaturas Kabbaliſticas.

ב) Artes Kabbalæ practicæ, impiæ, nefandæ, prohibitæ.

ג) Anonymi concio Rabbinica.

ד) Fragmentum ex tractatu *Baba Kama.* 3:.

CXII.

Orationes Paſchales, & quæ in anno nouo fundendæ ſunt, inſertis פרקי אבות *capitulis Patrum.* 2:.

CXIII.

ס' תפילה Liber precationum plenus & elegans. 3:60.

CXIV.

Codex, cui inſcriptio data, ברוך שאמר *Benedictus, qui dicit*, explicans rationem conficiendorum ſcribendorumque phylacteriorum, Meſuſoth, atque voluminum legis, auctore *Simeone bar Elieſer.* 2:.

CXV.

Opus agens de cibis ſiue conceſſis ſiue interdictis. 1:45.

CXVI.

α) R. ISAACI *filii* R. IOSEPH liber AMMUDE GOLAH.

β) Ἀποσπασμάλια ex libro precationum. 2:.

CXVII.

CXVII.

Orationes variis tam diebus quam occasionibus recitandæ. 3:.

CXVIII.

Iura precantium, & index Paraschárum in Sabbato festisque diebus legendarum. 2:.

CXIX.

א) Commentarius Philosophicus in visionem Ezechieli capite primo oblatam, auctore R. IUDA SAMUELE, *filio R. Iudæ Aben Tibbon.*

ב) Enarratio breuis in Prouerbia Salomonis, ex RASCHIO sic expressa, ut non pauca addantur.

ג) Commentarius in Iobum eodem plane modo, quo antecedens, institutus. 2:.

CXX.

Rituale eorum omnium, quæ in circumcisione obseruanda sunt. 1:45.

CXXI.

R. IECHIELIS *filii* R. SCHALLUM varia miscellanea, veluti de triplici, quod in se susceperat voto, de ternario & quaternario numero, de præsagiis tempestatum & fertilitatis annorum, de liberatione Israëlitarum, de duobus Messiis. Additum est Τεμάχιον ex TANCHUMA ad Deuteron. XXXII. 7. & amuletum aduersus mala omnia fortissimum. 1:30.

CXXII.

α) ס' גורלות *Liber sortium*, diuersus tamen ab eo, qui codice LXXXVII. proponebatur.

β) Remedia XLVII. diuersis in morbis, calamitatibus, ac improuisis casibus, adhibenda.

γ) Similia remedia XLIV.

δ) Longum prophylacticum, cuius in nauigatione est vsus.

ε) De Horoscopo hominis indagando, cui adnectitur alphabetum Kabbalisticum trans Euphratense.

ϛ) Psalmus XCI. Kabbalæ adaptatus.

ζ) תשובות הגאונים *excellentium doctorum responsiones* ad quæstiones varias, ex Iure Iudaico & ritibus petitas.

η) Remedia contra ignem doloresque oculorum, nec non regulæ quædam bonæ valetudinis.

ϑ) Alia adhuc arcana remedia contra quoslibet casus. ʒ:.

CXXIII.

Duo tractatus Talmudici מכות ac שבועות vna cum integra Gemara. ƶ:.

CXXIV.

א) Lexicon Ebraicum ילקוט siue *Pera* inscriptum, ex *Kimchii* libro Radicum fere contractum, & hinc inde locupletatum.

ב) R. DAUIDIS KIMCHII Grammatica. 4:.

CXXV.

CXXV.

חלק חמשי במסורת *Quinta pars Maſoræ*, vocabula æque ac vocales expendens, quæ vel ter, vel quater, vel pluries, cum hoc vel illo puncto, in S. Codice occurrunt; quibus omnibus ſingulare quid & myſticum ſubeſſe auctor incertus monſtrare conatur. 2:.

CXXVI.

א) Ritualis libri fragmentum, tractans de *Kriſchma*, de oratione *Schmone eſre* dicta, & de conſuetudinibus in ſolennioribus diebus ſancte obſeruandis.

ב *R. Ionæ Gerundenſis* liber יראה *de timore Dei.*

ג) Anonymi libellus de punctis & vocalibus, rectaque punctationis ratione.

ד ס' העיבור *De computo Aſtrologico*, & genuino Kalendarii conficiendi modo.

ה תשובות *Reſponſiones* ad Chriſtianorum contra Iudæos argumenta. Ordine hic percurruntur libri Biblici, & Chriſtianorum obiectiones multo cum ſcommate pertractantur, ſicuti fieri ſolet in libris nomine ſuperbo נצחון *Victoriæ* inſcriptis, cum quibus omnino conuenit hoc præſens ſcriptum.

ו) Diſputatio R. IECHIELIS cum Nicolao, illa ſcilicet ipſa, quam WAGENSEILIUS exhibuit

in Telis igneis satanæ, quæ tamen editio passim recedit ab hoc Mst. nostro. 5:.

CXXVII.

Libri שפתי ישנים qui catalogus est scriptorum Rabbinicorum a R. SABTAI confectus, versio Germanica per CHRISTOPHORUM WALLICH, Iudæum conuersum, adornata. 3:.

CXXIIX.

מנהגים seu cerimoniarum Iudaicarum, vti Venetiis A. C. MDC. editæ sunt, interpretatio Germanica, ab eodem WALLICH composita. 2:.

CXXIX.

Hymni Dauidici omnes. 2:45.

CXXX.

Duo libri Arithmetici. 1:.

CXXXI.

Perquam elegans volumen ϛῶν SELICHOTH, secundum ordinem Synagogæ, quæ est Francofurti ad Mœnum. 5:.

CXXXII.

Idem liber ϛῶν סליחות qui multa, æque vt antecedens, contra religionem Christianam iniqua continet. 6:.

CXXXIII.

CXXXIII.

α) מעין חתום *Fons clausus*, qui XXVI. problemata Geometrica & Algebraica sistit.

β) Excerpta ex diuersis tractatibus Talmudicis & ex Medraschim, adposito perbreui commentario anonymi.

γ) Alia excerpta ex quamplurimis scriptis variarum ætatum. 2:.

CXXXIV.

תיקון סופרים *Constitutio scribarum*, siue accurata & correcta exempla cuiusuis generis litterarum, per R. DAUIDEM BLUMA. Est idem codex cum eo, qui supra num. LXXIII. propositus fuit. 1:.

CXXXV.

Kalendarium Iudaicum & Christianum; posterius multas habet in Christianos contumelias. 2: 45.

CXXXVI.

Duo postremi ordines τῶν Arba TURIM, dicti EBEN HAESER & CHOSCHEN HAMMISCHPAT. 6:.

CXXXVII.

א) Fragmentum commentariorum in extrema Ioëlis Propheræ, & Amosi initium, auctore incerto, sed vetusto tamen Rabbino, quippe qui antiquos vnice allegat libros.

ב) Argumenta titulorum sectionumque in IORE DEAH, quæ secunda pars est τῶν ARBA TURIM, occurrentium.

ג) Quædam ex quæstionibus ac responsionibus, e lingua Germanica in linguam sanctam ad verbum translatis. 1:.

CXXXIIX.

α) Dissertatio Kabbalistica de decem Sephiroth, qua disquiritur, quam ob rem DEUS illas condiderit, quot singularum nomina sint, horumque causæ.

β) Prophylacticum contra damnum, ex scriptis R. ISAACI LORIA petitum.

γ) Abbreuiaturæ, vt vocantur, Kabbalisticæ.

δ) Carmen χαρισήριον, sub persona populi Iudaici, pro beneficiis a DEO maioribus Israëlitarum exhibitis.

ε) Dubia pauca circa vnum alterumue textum Biblicum, quæ soluuntur ex GEMARA, IALKUT, BECHAI, RASCHIO, & similibus scriptis.

ϛ) Miscellaneæ aliquot sententiæ, nec tamen singulares. 2: 45.

CXXXIX.

Nonnullæ מחזור MACHSOR orationes, illæ scilicet, quæ in peruigiliis anni in orbem redeuntis, festorum dierum SUCCOTH, Pentecostes, item quæ in Sabbato pœnitentiæ, in SIMCHATH TORAH, & aliis diebus sacris sunt adhibendæ, adiectis quibusdam SELICHOT in Synagoga Wormatiensi receptis. 1: 30.

CXL.

CXL.

עשרה פרקים השייכים לדרוש *Decem capita, quæ diuersis exponi modis possunt.* Decem hic explicantur materiæ, ex Codice sacro depromtæ, quas pro ingenio דרשות euoluit auctor. 1:.

CXLI.

ספר הקבלה מהרב רבי משה בר נחמן ז"ל *Liber Kabbalæ, quem composuit magnus R. Moses bar Nachman p. m.* Artes hic vetitæ & arcanæ, quibus Kabbala practica abundat, magno proferuntur numero, cum diuersis mundorum systematis, variisque amuletis, eleganter in ipso libro calamo depictis. 6:.

Hactenus Codices in Bibliothecæ Vffenbachianæ MS. recensione, typis exarata, eiusque prima parte plenius descripti, ex qua cuiusuis libri conditionem, ætatem & præstantiam cognoscere Lectores possunt.

Quæ nunc sequuntur volumina publice nondum recensita prostant, ac proinde formam illorum habitumque paucis indicauimus.

CXLII.

Codex chartaceus, formæ quartæ, & foliorum LXIII. continet R. ARIEH LOEW, Iudicis Synagogæ Lublinensis, ליקוטי האור *Collectanea lucis.* Est liber Astronomicus, docens artem accurate supputandi inuestigandique nouilunia.

ב) Fragmenta duo, quorum tituli שער התפילין *porta orationum*, & שער קריאת שמע *porta orationis Audi Israel*, quæ petita, opinor, sunt, ex R. ISAACI LORIÆ placitis.

ג) Miscellanea non pauca; veluti R. EMMANUELIS FILII SALOMONIS descriptionem inferni & horti Eden; enarrationem quorundam somniorum; pompam, quam Iudæi Pragenses anno 1716. ob natum augustissimo Imperatori Carolo VI. Archiducem Leopoldum instituerunt. 1: 45.

CXLIII.

Codex chartaceus quarti ordinis, constans foliis XXI. recenti manu scriptis. Complectitur

α) Introductionem & tabulas pro figendis nouilunii.

β) Particulam ex libro לקוטי האור qui totus adfuit præcedente codice.

γ) Caput primum MAIMONIDIS de קדוש החודש nouilunii initiatione, cum commentario.

δ) R. ELIESERIS, *filii* IACOBI BALLEN, *Germani*, ס׳עברונות librum de computo Astronomico. 1:.

CXLIIII.

Volumen chartaceum in quarto, vt vulgo vocant, constans foliis XXXIII. rotundo & recenti charactere exaratis. Titulus est: ס׳צורת הארץ: *De forma orbis terrarum.* Est liber Cosmographicus, tractans de luna, eius cursu, phasibus; de terra, eclipsibus tam solis quam lunæ, de stellis, ac similibus. 1: 30.

CXLV.

CXLV.

Codex chartaceus in quarto, foliorum XXIX. diuersis calamis scriptorum.

א) R. DAVIDIS, *filii* LEU vel Löw שיר הילולים *Carmen Laudis*, ob datum legis librum.

ב) R. IMMANUELIS *fil.* SALOMONIS descriptio inferni & horti Eden, quæ comparuit codice CXLII.

ג) R. MOSIS חידושים nouellæ obseruationes in tractatum Talmudicum PESACHIM.

ד) Concio Iudaica in Paraschaם מקץ legendam Genes. XLI. 1.

ה) Orationes nonnullæ ex MACHSOR transscriptæ.

ו) Fragmenta varia partim Talmudica, partim ex libris ritualibus petita. 1:.

CXLVI.

Codex membranaceus in quarto, foliorum CCXCVII. Corpus precationum Iudaicarum, toto anno recurrentium. Scriptum est hoc volumen litteris elegantibus, maiusculis & quadratis. 3:.

CXLVII.

Codex chartaceus in quarto, foliorum CIX. exhibens preces Iudæorum supplices, quas סליחות ופזמונים ipsi vocant, scriptas litteris quadratis, magnis, antiquis. 1: 45.

CXLIIX.

Codex chartaceus in quarto foliorum X.

*) Hymni Dauidici.

β) Sermo

β) Sermo perbreuis de lapſu Adami, & peccato originali. Scriptus eſt codicillus manu non antiqua. 1:.

CXLIX.

Codex chartaceus in quarto foliorum CCXXII. qui complectitur librum מנהגים ſiue ceremoniarum, integro anno obſeruandarum. Scriptus eſt lingua Iudæo-Germanica, & chatactere nec antiquo nimis, nec plane recenti. 2:.

CL.

Codex chartac. in quarto foliorum XLVII. exhibens R. ARIEH LEU Collectanea lucis, quæ ſupra codice CXLII. adfuerunt; præſens vero codex ſuperiore illo plenior eſt & elegantior. 1:.

CLI.

Codex chartac. in quarto foliorum LX.

א) ס' אוצרות חיים *Theſaurus vitæ*; Diſſertationes ſunt nouæ R. CHAIIM VITAL, quæ is ex R. Iſaaco Loria huiusque ore accepit.

ב) Kabbaliſticæ expoſitiones in librum Geneſeos, deſumtæ ex variis eo ſpectantibus ſcriptis.

ג) Non diſſimilis enarratio in Exodi initium. Scripta ſunt omnia diuerſa manu, non valde antiqua, & charactere currente. 2: 30.

CLII.

Codex chartaceus in quarto, foliorum LV. atque complectitur

α) Diuer-

ב) Diuersas MEDRASCHIM, siue disquisitiones & conciones in varia sacri codicis loca.

ג) הנהגות Præcepta ad mores bene formandos, & decenter regendam vitam. Scriptus est liber varia & recenti manu. 1: 45.

CLIII.

Codex chartaceus formæ librorum quartæ, & foliorum XCV.

א) Liber Astronomicus de Sole, Luna, & Phænomenis eo facientibus. Est opusculum hoc commentarius in R. IMMANUELIS לוחות בעל הכנפים *tabulas Astronomicas alitis.*

ב) ס' הגלגל *Liber de Sphæra.*

ג) Miscellæ explicationes aliquot Parascharum. Scriptus est codex partim elegantiore, partim ignobiliore manu, & litteris currentibus. 2:.

CLIIII.

Codex chartac. in quarto, foliorum XLV. exhibens דרושים Commentationes vagas in quatuor priores libros Mosaicos, partim Rabbinico, partim Germanico sermone exaratas. 1:.

CLV.

CLV.

Codex chartac. in quarto foliorum XXI.

α) Commentarius in tres priores Paraschas libri Numerorum.

β) Enarratio consuetudinum a R. ISAACO LORIA observatarum, conueniens cum codice LXXXI. num. 2.

γ) Genealogia obscuri cuiusdam Iudæi. 1 : 30.

CLVI.

Codex chartaceus in quarto foliorum XIIX. sequentia complectitur:

א) מדרשים non recedentes ab illis, quæ codice CLII. & CLIV. propositæ fuerunt.

ב) Fragmentum, quo docetur, quid cogitare secum Iudæus debeat, quando eas ad Deum preces fundit, quæ a *Benedictionibus* nomen gerunt.

ג) ליקוטים מה שאלמוד מדי יום ביומו *Collectanea, quæ singulis diebus didici.* Docet Anonymus, quantum in studiis quolibet die profecerit. 1 :.

CLVII.

Codex chartaceus in quarto, constat foliis XXI. quæ nobis exhibent כתבי מהרש"ל עלטור ח"מ R. SALOMONIS LORIA adnotationes in CHOSCHEN MISCHPAT, siue ordinem quartum τῶν ARBA TŪRIM, recenti manu consignatas. 1 : 45.

CLXIIX.

Codex chartaceus in quarto diuersa & recenti manu exaratus, constat foliis XXIII. continetque

α) Præ-

α) Præcepta moralia, dogmatica, & pauca Kabbaliſtica.

β) העתקות מן כוונות א"רי ז"ל *Excerpta e meditationibus R. Iſaaci Loriæ p. m.*

γ) Regulas vitæ, cum iis, quæ codice CLII. num. 2. adfuerunt, conuenientes.

δ) Expoſitionem in quandam Paraſcham.

ε) שטרות ſiue formulas litterarum debiti, contractus &c. quales codice LXXIII. & CXXXIIII. habuimus. 1:60.

CLIX.

Codex chartaceus in forma librorum octaua, conſtans foliis LXVI. exhibet

א) *R. Simeonis Winer*, ſiue Viennenſis, librum החשק *Deſiderii* Kabbaliſticum, proferentem remedia cum ad ſe tuendum, tum ad mala propellenda.

ב) Librum רפואות *Remediorum*, exponentem quid ſanitati conferat, & morbos fere omnes facile tollat, non omiſſis ſuperſtitioſis remediis ex Kabbala practica deſumtis.

ג) Præcepta ad ἱππιατρείαν ſiue medicinam equariam pertinentia.

ד) Varia remedia contra dolores & vitia oculorum, nec non alia ad conficiendas aquas medicas, vnguenta, & his adfinia. 2:,

CLX.

Τεμάχια duo, quorum prius petitum videtur ex *Zemach Dauid* continuato, poſterius autem

de pœnis agit pecuniariis. Constant hæc fragmenta tribus chartaceis foliis formæ maximæ, suntque recenti manu scripta. :45.

CLXI.

α) Codex Talmudicus *Rosch hasschanah* cum Gemara & commentario Raschiano.

β) הלכות ר"ה *Iura noui anni*, ex tergemino commentario ad ordinem primum τῶν Arba Turim sumta, qui commentarius sub nomine מגני ארץ *Defensorum terræ* notus est. Scriptus est codex hic chartaceus stupenda prorsus & inimitabili elegantia, absoluiturque XXII. foliis in octauo. 4:.

CLXII.

א) Amuletum contra abortum feminæ grauidæ.

ב) דרוש seu commentatio in festos Scenopegiæ dies, & alia in historiam persecutionis Pharaonicæ, & Israëlitarum ex Ægypto exitus. Est codex recens, foliis quindecim in octauo constans, quorum primum est membranaceum. 1:.

CLXIII.

Codex chartaceus formæ 24. librorum, constans foliis XC. complectitur Titulum Talmudicum *Maccoth*, cum Gemara. 1:.

CLXIIII.

Codex chartaceus formæ 24. librorum, constans foliis XI. exhibet Formulas orandi Iudæorum, ante-

antequam induunt peniculamenta, Talles, phylacteria, quando eunt in Synagogam, orant, &c. :45.

CLXV.

Codex chartaceus in quarta forma maiore, constans foliis XX. sistit Caput XVII. tractatus *Maimonidei* קידוש החודש *de consecratione noui-lunii*, cum commentario *R. Leui ben Chabib*, & canonibus Astronomicis filiorum, vt Iudæi arbitrantur, Isaschar. Manu recentissima scriptus est hic codex. 1:.

CLXVI.

Codex chartaceus in quarto, foliorum XXXV. recenti calamo exaratus.

α) Liber de Sphæra, qui codice CLIII. num 2. adfuit.

β) תמונת הכדור *De figura orbis terrarum* liber. 1:20.

CLXVII.

Codex chartaceus in quarto, foliis LII. constans, complectitur *Medraschim* in Pentateuchum & Psalmos Dauidis, diuerso charactere, & partim Rabbinice, partim Ebræo-Germanice conscriptos. 1:.

CLXIIX.

Codex chartaceus in quarto, constans foliis CCCLVI. exhibet Commentarium in Prophe-

tas priores ac posteriores, itemque in Psalmos & Prouerbia, ex *Kimchio* ac *Raschio* potissimum congestum, addita nonnunquam interpretatione auctoris peculiari. Scriptus est anno Iudaico 351. siue A. C. 1591. 3:.

CLXIX.

Codex chartaceus formæ librorum duodecimæ, constans foliis LVII. exhibet *R. Mosis Iserles* librum תורת חטאת agentem de vetitis rebus & concessis, auctumque nouellis constitutionibus. Scriptus est superiore sæculo, & charactere non deformi. 1:45.

CLXX.

א) Kalendarium Iudæorum, & pars Kalendarii Christianorum.

ב) *R. Iedaia Penini, filii Abrah. Badreschi* liber בחינת עולם *Examen mundi* inscriptus. Est codex vetustus chartaceus in quarto, constans foliis scriptis XLI. 2:30.

CLXXI.

א) Kabbalisticus liber ex *R. Mose bar Nachman*, *R. Mose Korduero*, aliisque, collectus, complectens varia arcana remedia, & abbreuiaturas Kabbalisticas.

ב) Fragmenta commentarii partim litteralis partim allegorici in aliquot Psalmos Dauidicos. Est codex chartaceus in quarto, scriptus diuersa

manu

manu, sed quæ numero β) exstant, scripta sunt charactere Italico minutissimo. 4:.

CLXXII.

Machsor Iudaicum, addito libro Iobi, & parte vaticiniorum Ieremiæ. Est codex membranaceus in folio, constans foliis CCLXXIIX. exaratusque est charactere quadrato vetusto, additis simul punctis, si vnam excipias alteramue orationem, nec non ea, quæ ex Ieremia adferuntur. 5:.

CLXXIII.

Codex chartaceus in quarto, constans foliis XXVII. exhibet particulam carminis in Hamanem, quod codice LXXXIX. adfuit, & varias *Medraschim* in aliquot Paraschas. 1:.

CLXXIIII.

Codex chartaceus in octauo, foliorum XLV. comprehendit precum supplicum סליחות dictarum congeriem. 1:.

CLXXV.

Codex chartaceus in quarto, foliorum LXX. continet

א) Systema Astronomicum, titulum habens ששׁ כנפים *Sex alæ*, quia in sex capita diuisum est opus. Auctor est *R. Salomo Talmid.* Adiectæ sunt huic systemati tabulæ non paucæ.

ב) Incerti commentarium in præcedentem librum. 2:.

CLXXVI.

Codex chartaceus in quarto foliorum XXVII. exhibet eundem librum *sex alarum*, recenti calamo conscriptum, non tamen ita pulcrum, ac ille erat, aut tot figuris exornatum, vna cum initio tractatus *R. Mosis bar Maimon* de consecratione nouilunii. 1:.

CLXXVII.

Codex chartaceus formæ quartæ, absoluitur foliis decem, exhibetque

α) Ἀποσπασμάλιον commentarii litteralis in Iobi octo priora capita, partemque capitis noni.

β) Fragmentum commentarii in partem capitis quarti פרקי אבות τῶν & in caput quintum totum. Scriptus est codex antiqua manu & charactere bono. 1:.

CLXXIIX.

Codex chartaceus in folio, constans foliis XIIII. initio & fine mutilus, sistit partem tractatus Talmudici *Nidda* cum Gemara. Exaratus est haud vetusta admodum manu, & charactere rotundo. 1:.

CLXXIX.

Codex membranaceus in quarto, constans foliis CC. complectitur librum precum Iudaicarum, inserto

ſerto cantico Salomoneo, libello Ruth, ac lamentationibus Ieremiæ. Scriptus eſt manu antiqua & litteris quadratis, punctatusque eſt totus, exceptis foliis ſex poſterioribus. 3:.

CLXXX.

Codex membraneus formæ omnium minimæ, ſatis antiquus, conſtans foliis LXXIX. exhibet potiores Iudæorum preces, in Sabbatis & ſacris diebus recitandas. 2:.

CLXXXI.

Codex chartaceus in quarto foliorum XXXIIII. exhibet *R. Iſaaci Loriæ* librum, dictum תחילת החכמה אלהיות *initium ſapientiæ diuinæ*, continentem fundamenta doctrinæ Kabbaliſticæ, de *creatione, formatione, factione & emanatione.* 2:.

CLXXXII.

Codex chartaceus in octavo, conſtans foliis ſcriptis (nam pura folia nunquam numeramus) XLIII. Habes heic

א) ס׳פתרון חלומות *Somniorum interpretationem*, deſumtam ex mente *R. Iſaaci Loriæ*, collectam vero a *Dauide, filio R. Simeonis Sweigers, Pragenſe*, cuius etiam eſt liber hoc ipſo volumine ſequens

ב) סיומא הפרשות *Complementum, vel, abſolutio ſectionum Pentateuchi*; quam excipiunt fragmenta quædam miſcellanea. 1:45.

CLXXXIII.

Codex chartaceus in duodecimo, constans foliis CLXIIX. recenti manu exaratis, exhibet varia responsa, ex diuersis auctoribus in vnum congesta, in varios casus Iuridicos, ad illustrationem quarti ordinis τῶν *Arba Turim*, qui *Choschen Mischpat* nuncupatur. 2:.

CLXXXIIII.

Codex chartaceus in octauo, foliorum CXII. recenti manu scriptorum, continet compendium eorum, quæ in modo dicto *Choschen Mischpat* fusius enarrantur. 1:30.

CLXXXV.

Codex chartaceus in quarto, constans foliis XIII. Τὰ ἐνόντα hæc sunt:

α) Disquisitio de loco quodam Gemarico.

β) Fragmentum concionis in Paraschaם עקב Deut. VII. 12.

γ) Oratio ante & post lectionem libri, qui עכידה inscribitur, & cuius auctor est *R. Isaacus Arama*, recitanda.

δ) De bonis & malis, quæ a plaga septentrionali proueniunt.

ε) Ordo precationum in diebus profestis tenendus.

ς) Cir-

ε) Circulus, ex quo de vita vel morte ægroti coniectura instituitur.

ζ) Adnotationes ad pauca loca ex Parascha וירא Genes. XIIX. 1. & וישב Genes. XXXVII. 1. Scripta sunt omnia alio atque alio calamo, charactere recenti currente. 1:.

CLXXXVI.

Codex membranaceus octauæ formæ minoris, foliis XXI. constans, exhibet librum R. ISAACI LORIÆ, cuius cod. CLXXXI. iam facta est mentio. 2:.

CLXXXVII.

Codex chartaceus in quarto, nonnisi septem foliis constans, complectitur

א) Symbola ex Scriptura Sacra petita, & mnemosyni loco ad propria nomina Iudæorum adplicata.

ב) MEDRASCH in Parascham לך לך Genes. XII. 1.

ג) Exordium concionis Iudaicæ ad Leuit. XIIII. 2. 1:.

CLXXXIIX.

Codex chartaceus formæ duodecimæ, constans foliis LXXIII. eleganter scriptis, continet R. ELIÆ LEUITÆ GERMANI Lexicon, quod sub nomine תשבי notum est. 2:.

CLXXXIX.

Codex chartaceus in octauo foliorum LXXIIII. recenti manu exaratus, exhibet

α) Indicem in librum עמק יהושע *Vallis Iosuæ* inscriptum.

β) Dubia cum resolutionibus in loca quædam Pentateuchi.

γ) Axiomata Kabbalistica generalia, ex celeberrimi doctoris R. ISAACI LORIÆ scriptis depromta.

δ) Librum מוסר תחילים *Doctrina Psalmorum.* 1:45.

CXC.

Codex chartaceus, constans foliis XLII. formæ quartæ maioris, minoris, nec non octauæ, complectitur

א) Remedia ad sanitatem conseruandam, & prognostica tempestatis per totum annum.

ב) Vocum Chaldaicarum, in Daniele occurrentium, interpretationem.

ג) Quædam Geneseos capita.

ד) Fragmentum ex libro Kabbalistico.

ה) Multos titulos ex Anonymi ילקוט חדש *Pera noua.*

ו) Orationem, quæ absoluta lectione codicis cuiusuis Talmudici solet recitari. 1:.

CXCI.

Codex membranaceus formæ quartæ & foliorum CXXXV. complectitur R. ISAACI, *filii* R. IOSEPH CORBELENSIS, librum MIZUOTH KATON, qui alias etiam AMMUDE GOLAH vocitatur. Scriptus est codex accurate & eleganter anno Iudaico 168. A. C. 1408. 4:.

CXCII.

CXCII.

Codex chartaceus in quarto foliorum CVII. exponit

א) Artem recte pingendi litteras Alphabeti Ebraici, vna cum arcana vi cuiusuis elementi, more Kabbalistico.

ב) Rationem scribendorum conficiendorumque תפילין phylacteriorum.

ג) R. SIMSONIS BAR ELIESER librum ברוך שאמר qui adfuit codici CXIIII. Scripta sunt omnia manu vetusta, & quidem duo priores libri charactere quadrato, vltimus autem mixto. 3:.

CXCIII.

Codex chartaceus in quarto, initio fineque carens, & foliis XCI. constans, continet ℸ MACHSOR partem quandam, sed lingua Germanica consignatam. 1:.

CXCIIII.

Codex chartaceus in quarto recenti manu exaratus, & foliis XLVII. constans, exhibet מעברונות siue Kalendarium Iudaicum, figuris necessariis instructum. 1:30.

CXCV.

Codex chartaceus in folio, constans foliis XIIX. diuersa manu scriptis, complectitur partem adnotationum RASCHIANARUM in aliquas Pentateuchi Parascas, cum notationibus aliis ad oram positis. Adsunt & fragmenta, partim ad iura Sabbati, partim ad homilias, partim ad textum

textum quendam Gemaricum ex capite primo tract. חולין pertinentia. 1:.

CXCVI.

Codex chartaceus in octauo foliorum XV. recenti variaque manu scriptus, continet

α) עניין קריית ישׁשכר *Sensum eorum, quæ de Isaschare leguntur* in diuinis litteris.

β) Initium concionis in Paraschaṁ וישׁמע יתרו Exodi XIIX. 1.

γ) Quædam de Amaleko.

δ) De circumsione pauca.

ε) MEDRASCHIM ad loca Pentateuchi. 1:.

CXCVII.

Codex chartaceus formæ duodecimæ, constans foliis XXIV. recenti calamo exaratis, sistit

א) מקור החיים *Fontem vitæ*, siue Medrasch in priora commata libelli Esther.

ב) Conciones alias Iudaicas in Paraschas.

ג) Varias ברכות *Benedictionum* formulas. 1:.

CXCIIX.

Codex chartaceus in quarto foliorum LXII. minuto charactere currente exaratorum, continet decisiones legales, cærimoniales & morales. 1:30.

CXCIX.

Codex chartaceus in quarto foliorum XIX. continet

α) Decisiones variis de rebus.

β) Fragmentum pro illustrando aliquo Gemaræ loco.

γ) Initium commentarii in orationem quandam.

δ) Ἀποσπασμάτιον comœdiæ de Ahasuero ac Esthera.

ε) Λείψανα ex libro, qui de arte Kalendariographica tractauit. 1:.

CC. Co-

CC.

Codex chartaceus in quarto recentioris ævi, constans foliis CXCV. non Rabbinicus est, sed Latinus, exhibens sequentia in Romanum sermonem ex scriptis Ebræorum translata:

א) Præfationem R. IACOBI, *fil.* R. CHAIIM in tertiam editionem Bibliorum Ebraicorum, Venetiis per Bombergum publicatorum.

ב) R. SALOMONIS ISAACI commentarium in Obadiam.

ג) ABEN ESRAM in eundem Vatem.

ד) RASCHII, ABEN ESRÆ & KIMCHII commentarios in Ionam.

ה) R. D. KIMCHII interpretationem Michæ.

ו) MAIMONIDIS constitutiones de Synedrio.

ז) Eiusdem RAMBAM sanctiones de votis.

ח) Versionem Latinam פרקי אבות PIRKE AUOTH. 2: 30.

CCI.

Codex chartaceus in quarto foliorum XXVI. charactere antiquo scriptorum, exhibet R. ASCHER, *filii* R. ABRAHAM ס' אות נפש *signum animæ*, sive commentarium in Aben Esræ expositionem Pentateuchi. 1:45.

CCII.

Codex chartaceus in quarto, constans foliis XXI. haud inelegantter scriptis, continet R. IOSUÆ LEUITÆ הליכות עולם *itinera æterna*, sive, clauem Talmudicam, sed non integram. 1:.

CCIII.

CCIII.

Codex chartaceus in quarto, constans foliis LV. recenti, sed bona manu scriptis, sistit פי' נפלא מפסיק עיקרים *Admirabilem expositionem libri Ikkarim*, hoc est fundamentorum, a R. IOSEPH ALBO conscripti; qui commentarius alias inscribitur אהל יעקב *tentorium Iacobi.* 2:.

CCIIII.

Codex chartaceus recens in quarto, constans foliis scriptis XII. complectitur Homilias in varias Pentateuchi sectiones. :45.

CCV.

Eiusdem argumenti codex chartaceus in octauo, constans foliis LII. 1:.

CCVI.

Codex chartaceus in octauo, constans foliis CLVI. complectitur non dissimiles MEDRASCHIM in quinque libros Mosis. 1:45.

CCVII.

Codex membranaceus in quarto, constans foliis CXXXIIX. antiquo calamo scriptis, continet MACHSOR Iudæorum. 2:30.

CCIIX.

Codex chartaceus in folio, absoluitur foliis LXXXIIII. anno 182. siue A. C. 1422. scriptis, exhibet R. LIPMANNI נצחון *Victoriam*, & non pauca comprehendit, quæ in editis publice exemplis desiderantur. 3:.

CCIX.

Codex membranaceus in folio ἀκέφαλος, constans foliis CCLXIII. exhibet חרשן המשפט siue quar-

quartam vltimamque partem τῶν ARBA TURIM, inde à sectione XIIII. usque ad finem integri istius ordinis. Vltimo huic ordini succedit tertius אבן העזר qui alias præmitti solet. Scriptus est codex elegantissima non minus, quam antiquissima manu, & quidem anno Iudaico CLXV. hoc est A. C. MCCCCV. 6:.

CCX.

Membranaceus codex in folio venerandæ antiquitatis, constans foliis XLI. complectitur RASCHII commentarium in duo priora capita tituli Talmudici BAUA BATHRA, & magnam partem tertii capitis ex eiusdem interpretatione; nam fine caret codex. 3:.

CCXI.

Codex chartaceus formæ duodecimæ recenti manu exaratus, foliisque CLXV. constans, exhibet codicem Talmudicum IOMA, vna cum Gemara. 1:.

CCXII.

Chartaceus codex in duodec. foliorum CXXXIIII. continet eundem codicem IOMA cum Gemara, recenti & minuto quidem charactere currente, sed eleganter descriptum. 1:30.

CCXIII.

Codex chartaceus in quarto foliis LXXXIII. constans, sistit R. SCHABTAI librum שפתי ישנים videturque ipsius auctoris fuisse πρωτόγραφον, quod variæ emendationes, lituræ, additiones, & in-

& insertæ indicant schedæ, quas tamen in foliorum numero, queis liber constat, non comprehendimus. 2:.

CCXIIII.

Codex chartaceus in quarto foliorum LXXXIX. exhibet librum לשון למודים *lingua eruditorum* inscriptum, & quidem integrum, cum parte scilicet secunda שקל הקודש *siclus sanctuarii* dicta. Vtriusque auctor est R. DAVID, *fil.* IACHIA. 1: 45.

CCXV.

Codex chartaceus in quarto foliis XLIIII. constans, exhibet

α) Remedia arcana Kabbalæ practicæ, a Iudæo Germanienſe conscripta, quibus angelorum bonorum nomina inseruntur ordine Alphabetico digesta, cum enarratione officii quo quilibet fungitur, & potestatis qua gaudet. Scripta hæc sunt manu recentissima.

β) Fragmentum ex libro Astronomico ס' גלגלים agente de orbibus cœlestibus, & quidem ex R. SALOMONIS, *fil.* ABRAHAMI AUIGDOR similis argumenti opere. Scriptum est hoc ἀπόσπασμα an. CCCLXXIIII. A.C. MDCXIIII.

γ) Non pauca ex R. ELISÆI, *fil.* R. ABRAHAMI, *fil.* R. MATATHLÆ Grammatica, quæ מגן דוד *clypeus Dauidis* vocatur. Descripta hæc sunt anno CCCLXXXI. hoc est A.C. MDCXXI. 1:45.

CCXVI.

CCXVI.

Codex chartaceus in quarto foliorum CXXII. scriptus anno CCLXIII. siue A. C. MDIII. tractat de מדות *virtutibus*, estque adeo liber moralis, & hoc eius initium: סוף דבר הכל הכל נשמע את האלהים ירא ואת מצותיו שמור וגו׳ 2:. CCXVII.

Codex chartaceus in quarto foliorum XLVIII. scriptus anno CCCLVII. A. C. MDXCVII. est liber Astronomicus, figuris eleganter exornatus, complectens חלק מהתכונה של הרר״ דוד איש תבונה ממשפחת אווא מבונה partem Astronomiæ a R. Davide viro sapiente ex familia Ausa conscriptæ. 1:45.

CCXVIII.

Codex membranaceus partim, partim chartaceus in octauo maiore, initio ac fine carens, satis tamen antiquus & elegans, foliis CXXIII. constans, copiose pertractat artem Ebræorum Grammaticam. 2:.

CCXIX.

Codex chartaceus in quarto foliorum LX. complectitur

1) Expositionem Kabbalisticam quorundam Dauidis Psalmorum, cui subiungitur historia ex libro מעשה *historiarum*, & oratio, qua patientiam in aduersis a Deo sibi concedi petit Iudæus.

2) דיני ס״ת הקורא והמקרא obseruanda in lectione libri legis.

3) Nonnulla ex libro קנה חכמה *acquire sapientiam* inscripto.

4) Epiſtolam, quam R. Abraham Aben Eſra miſit ad exſules.

5) Quædam ex libro דעת חכמה *cognitio ſapientiæ*, qui ſicuti & antea nominatus קנה חכמה auctorem adgnoſcit *R. Iehudam Löw, filium Ioſephi.*

6) Ritus in conuiuiis, benedictione ciborum, barbæ tonſura, in Synagoga, Sabbato, precibus, aliisque negotiis, obſervandos.

7) לוח הדקדוק *tabulam Grammaticalem*, præcepta quædam artis iſtius exhibentem.

8) Preces fundendas ab ægroto, qui vitæ finem inſtare metuit. 1:.

CCXX.

Codex chartaceus formæ quartæ & foliorum LXI. exhibet Anonymi

א) Plenam introductionem in Kabbalam theoreticam, in diuerſas שערים *portas* diuiſam, quarum XXIII. hic inuenies vetuſto & eleganti charactere minuto exaratas. His adnectitur, verum ex alio Kabbaliſtico libro, & recenti calamo exarata

ב) Pars ſecunda פרצוף עריך אנפין τοῦ μακροπροσώπου.

ג) Sequuntur לקוטים פירושר' על הטור אודח חיים *collectæ expoſitiones in ordinem Orach chaiim*, qui primus ordo eſt τῶν *Arba Turim*, a R. Iacobo fil. Aſcher fil. Iechiel ſcriptorum.

ד) Pauca ex Gemara codicis יבמות manu recentiſſima adſcripta. 1:60.

CCXXI.

CCXXI.

Chartaceus codex in octauo foliorum XLIV. recenti calamo & lingua Iudæo-Germanica exaratus, docet χειρομαντείαν καὶ μελωποσκοπὴν, seruatis Latinis vocabulis huic arti propriis. Ipse codex ex Latino quodam libro in hanc Iudaico-Germanicam linguam translatus videtur. :60.

CCXXII.

Codex chartaceus ordinis octaui maioris, fine carens, & foliis CCXLIII. constans, scriptusque charactere valde antiquo & pingui, complectitur *R. Iosephi Gecatilia* librum Kabbalisticum גנת אגוז *Hortus nucis* dictum. 2:45.

CCXXIII.

Codex chartaceus in octauo foliorum LXIX. exhibet

α) מעייני החכמה *fontes sapientiæ*, qui liber est moralis.

β) ספר שר שלום *librum Princeps pacis dictum.* Vterque adscribitur *R. Salomoni fil. Schemariah.*

γ) Breue compendium eorum, quæ in Parascha אלה תולדות יצחק Genes. XXV. 19. vsque ad finem fere Pentateuchi. 1:.

CCXXIV.

Codex chartaceus in quarto foliorum XXXVII. comprehendit

א) *R. Mose Iserles* particulam commentariorum in *R. Isaaci Durensis* שערי דורא & illam

quidem sectionem, quæ spectat ad דין מליחה:

ב) Excerpta pauca ex ספר חסידים *libro piorum*; quibus adiiciuntur alia quædam leuioris momenti, & recentis characteris non optimi. 1:.

CCXXV.

Codex chartaceus in octauo calamo recenti exaratus, & foliis scriptis XLV. constans, continet פשטים *expositiones litterales* in Pentateuchi Parascha, quæ excurrunt vsque ad illam עקב Deuteron. VII. 12. Ad editionem paratæ fuerunt hæ interpretationes, quarum auctor dicitur esse *R. Iehuda Löw filius Isaaci.* Conspicitur etiam in hoc volumine titulus & præfatio libri עין יוסף cuius auctor est *R. Ioseph fil. Eliæ.* Præterea hic videas *φάρμακα* quædam adversus morbos, & reliqua. :60.

CCXXVI.

Codex chartaceus foliorum CXVII. continet preces Iudæorum quotidianas. 1:30.

CCXXVII.

Chartaceus codex in quarto foliorum LXVII. præmissis quibusdam *Medraschim* in certas Paraschas, sistit potissimum פירוש על מעמדות *expositiones Stationum*, hoc est, statarum lectionum, quas Ebræi in memoriam sacrificiorum, olim in æde sacra oblatorum, quotidie recitant. 1:.

CCXXVIII.

Codex chartaceus in quarto foliis LXXXIX. constans vere miscellaneus est, vtpote non diuersa tantum

tantum manu & calami ductu exaratus, sed ex variis etiam auctoribus atque scriptis consarcinatus. Legas enim heic mox interpretationem vnius alteriusue Paraschæ, mox quædam ex Gemara, mox ex חדושין nouellis expositionibus tractatuum Talmudicorum, mox ex Kabbalistico, mox alterius argumenti libro. 1:.

CCXXIX.

Codex chartaceus formæ illius quartæ, qua Musicorum filii libros suos complicare solent, recenti manu scriptus, & folia XXII. implens, varia excerpta continet Talmudica, ex Gemara scilicet ad סוכה, ad בבא קמא, ad שבת &c. 1:45.

CCXXX.

Chartaceus codex in octauo foliorum XXXIII. comprehendit quæstiones & responsiones ex Talmude potissimum, aliquando etiam recentioribus libris, petitas. 1:.

CCXXXI.

Codex chartaceus in octauo foliorum XCV. complectitur דרשות siue conciones in diuersos S. Scripturæ textus. 1:.

CCXXXII.

Codex chartaceus formæ octauæ maioris A. C. MDXL. & seq. charactere luculento exaratus, & foliis CCXIX. constans, exhibet commentarium in *Maimonidis* יד חזקה *Manum fortem.* 3:.

CCXXXIII.

Codex membranaceus ordinis quarti, admodum

antiquo charactere conscriptus, & foliis LXX. constans, sistit commentarium insignem in bonam partem ℥ *Machsor.* 2 : 60.

CCXXXIV.

Codex membranaceus in folio, vetustus sane & elegans, ac foliis XCI. constans, exhibet סידור השנה *ordinem anni*, siue quidquid per annum publice & priuatim, in Sabbato, ceterisque diebus festis, sollicite obseruandum est. 4 : .

CCXXXV.

Codex membranaceus in quarto foliorum CXCI. complectitur *R. Abgador* (semper enim in hoc MS. אבגדור vocatur) פשטים פסקים *expositiones litterales* & *decisiones* in vniuersum Pentateuchum, quarum index, in 490. sectiones distributus, operi præmittitur. Hisce adduntur eiusdem Rabbini similes פשטים in aliquot duntaxat Haphtaras, nec non eiusdem commentarius in quinque *Megilloth.*

Vlterius comprehendit hic codex סימנים מפוסקי מהר"ם *indicem decisionum R. Meir Rotenburgensis*, quem continuo excipiunt תשובות מהר"ם ipsa *responsa* huius *R. Meir.* Scriptum est volumen hoc integrum vnius Calligraphi vetusta & venusta manu. 6 : .

סליק:

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MSTÆ COMPENDIARIÆ PARTIS PRIMÆ SECTIO SECUNDA SISTENS

Codices Græcos.

I. FRagmentum Codicis membranacei sæculo septimo, minimum octavo, scripti, continens initium & finem EPISTOLÆ ad HEBRÆOS. Vid. Bibliothecam Mstam. *Halæ Hermund.* 1720. forma maj. edit. col. 417. seq. 6:.

II. Codex chartaceus forma, quam quartam vocant, diversos novi fœderis libros complectens. Vid. Biblioth. Mst. col. 419. seq. 8:.

III. Codex chart. formæ duodecimæ, continens Evangelium S. Joannis. Vid. Biblioth. Mst. col. 421. 3:.

IV. Codex membraneus argumentum & summa capita ACTUUM APOSTOLICORUM æque ac EPISTOLARUM CATHOLICARUM &c. sistens. Vid. Biblioth Mst. col. 421. seq. 4:.

V. Codex chartaceus exhibens S. GREGORII NAZIANZENI orationes quasdam & epistolas. Vid. Bibliothecam Mstam col. 423. seq. 12:.

VI. Codex chartaceus scriptus sec. XIV. cui sequentia insunt (1) S. GREGORII NYSSENI Catecheticus major. (2) JOANNIS DAMA-

SCENI Introductio dogmatum elementaris. (3) S. GREGORII NYSSENI diſputatio cum ſorore Macrina de anima & reſurrectione &c. (4) SYNESIUS ad Paeonium de dono Aſtrolabii. (5) EJUSD. Elogium Anyſii. (6) EJUSD. homilia in pervigilio natalis Domini. (7) EJUSD. in Barbarorum incurſu. (8) *Ejuſd.* SYNESII hymni aliquot. Vid. Biblioth. Mſtam col. 425. ſeq. 10:.

VII. Codex chartaceus formæ duodecimæ Liturgicus. Vid. Bibliothec. Mſt. col. 427. ſeq. 2:45.

VIII. Bombycinus in octavo, exaratus ſæc. duodecimo in fine & alibi etiam mutilus, continens SERMONES diverſorum ſanctorum PATRUM & quidem vel integros vel partes quasdam. Vid. Biblioth. Mſtam col. 428. ſeq. 8:.

IX. Codex membranaceus forma minori ſcriptus ſæc. decimo calamo perquam eleganti, exhibens. (1) S. CHRYSOSTOMI ad STAGIRIUM de providentia libros tres. (2) EJUSD. de compunctione cordis librum primum & ſecundum. (3) S. BASILII M. homiliam in Deut. XV. 9. (4) EJUSD. Homilias duas de jejunio. (5) Nonnulla REMEDIA contra morbos, recentiore manu adjecta. Vid. Bibl. Mſtam col. 435. ſeq. 9:.

X. Codex chartaceus formæ quartæ ſec. XV. ſcriptus, complectens (1) APOLLINARIS metaphraſin hymnorum Davidicorum. (2) Metaphraſin canticorum ex ore JOANNIS GEOMETRÆ.

TRÆ. (3) JOANNIS LASCARIS carmen. (4) CHRISTOPHORI, nescio cujus, carmen, quo CELII cujusdam, Sacerdotis, laudes novem distichis exponit. (5) S. JUSTINI Martyris sermo parænet. (6) EJUSD. expositio fidei sive de SS. Trinitate. Vid. Bibliothec. Mstam col. 481. seq. 7:.

XI. Codex chartaceus formæ quartæ, exhibens S. ATHANASII commentarium in omnes Psalmos Davidicos. Vid. Biblioth. Mstam col. 485. seq. 12:.

XII. Chartaceus formæ octavæ minoris scriptus sec. XV. sistens Artis Psalticæ signa tam quæ elevare, quam demittere jubent vocem. Vid. Biblioth. Msta col. 491. seq. 5:.

XIII. Volumen cujus longitudo pedum XI. Rhinland. cum dimidio pollicis decimalis ejusdem, latitudo vero octo pollicum decimalium ejusdem pedis Rhenani sec. IX. charactere magno exaratum, ex quinque chartis bombycinis, invicem conglutinatis & ex utraque parte scriptis constans, exhibens Liturgiam S. BASILII. &c. ab editis in multis diversam. Vid. Biblioth. Mstam col. 497. seq. 12:.

XIV. Chartaceus Codex in folio scriptus sæc. XIV. ad *Ill. Gisb.* CUPERUM Cpoli missus, complectitur (1) Epitomen Legum LEONIS & CONSTANTINI Impp. ex Institutis, Pandectis, Codice & Novellis JUSTINIANI; opera ac emendatione RUFFI, PINALII & RHODIONIS &c. (2) NOTITIAM Metropoleon, Archiepiscopa-

tuum ac Epiſcopatuum, qui Patriarchæ Cpolitano ſubſunt. (3) Romanarum vocum, in Græcis Ictorum libris occurrentium, collectio ſecundum ordinem alphabeticum. (4) Fragmentum ex incerto libro agens de EXCOMMUNICATIONE tympanitica apud Græcos hodieque recepta &c. Vid. Biblioth. Mſtam col. 521. ſeq. 16:.

XV. Cod. bombycinus in forma octava majore ſcriptus ſæc. X. & ſequentia continens (1) ÆTII AMIDENI libros quatuor priores rei Medicæ ex Oribaſio, Galeno, Rufo aliisque celebrioribus Medicis congeſtos. (2) HIPPOCRATIS aphoriſmos cum commentario ex STEPHANO Athenienſe & PHILOTHEO, qui & THEOPHILUS aliis ſalutatur, conſtructo &c. Vid. Biblioth. Mſtam. col. 534. ſeq. 6:.

XVI. Cod. chartaceus forma octava, complectens (1) POLEMONIS Phyſiognomicorum manuale. (2) ADAMANTII Phyſiognomικῶν libros tres. (3) MELAMPODIS divinationem de ſaliſſationibus membrorum ad Ptolemæum Philadelphum Regem. (4) *Ejuſd.* MELAMPODIS fragmentum de maculis oleaceis in corpore humano. Omnia *Hermanni* VENII manu deſcripta. Vid. Biblioth. Mſtam col. 537. 3:.

XVII. Codex membraneus ſæc. XII. elegantiſſimo charactere exaratus, & quantum conſtat, in Orbe UNICUS, neque unquam editus, immo nulli, præter ſolum Geſnerum, vel cognitus vel memoratus. Siſtit ceremonias in Aula & Eccleſia

clesia Cpolitana observandas, nec non in expeditionibus bellicis & ludis publicis ac solennibus. Opus verè Augustum & quod ad posteritatis memoriam servetur non modo, sed & publicæ utilitatis causa divulgetur, cum maxime dignum, auctorem adgnoscens ipsum Imperii Cpolitani summum quondam rectorem, CONSTANTINUM scilicet PORPHYROGENITUM, LEONIS sapientis filium &c. Vid. Bibliothec. Mstam col. 537. seq. 300:.

XVIII. Cod. chartaceus, exhibens GEORGII ACROPOLITÆ Logothetæ Chronicam epitomen de rebus proximæ ætatis. Apographum *Georg.* DOUSÆ. Vid. Biblioth. Mstam col. 565. seq. 2:.

XIX. Cod. chartaceus formâ quarta, sistens Lysiæ orationem ordine XXXI. sec. XIV. script. Vid. Bibliothec. Mstam col. 566. seq. 3:.

XX. Cod. chartaceus formâ quartâ sæc. XIV. elegantissimo calamo exaratus ac majuscularum litterarum picturis varie exornatus, continens (1) NICOMACHI Geraseni manuale Harmonices, libris duobus constans. (2) ARISTOXENI Harmonicorum elementorum libros tres. (3) ALYPII introductionem Musicam, nec tamen integram &c. Vid. Biblioth. Mstam col. 571. seq. 6:.

XXI. Volumen formâ octavâ *Marci* MEIBOMII manu exaratum. Complectitur (1) *Jo.* MEURSII ad Aristoxenum, Nicomachum & Alypium notas &c. (2) Miscellanea excerpta & adnotata ad Aristidis Quintiliani libros de Musica & ad

Mich.

Mich. Bryennii Harmonica. (3) Excerpta ex GAUDENTII introductione Harmonica. (4) Varias lectiones in EUCLIDIS introductione Harmonica, ex Cod. Mſt. Bibliothecæ Lugdunenſis apud Batavos, enotatas. (5) Collectanea adverſaria varia &c. Vid. Biblioth. Mſtam col. 572. ſeq. 2:.

XXII. Volumen chartaceum ſuperiori ſec. ex Cod. Voſſiano deſcriptum, continens EPIGRAMMATA Græca circiter CL. argumenti amatorii omnia, maximam partem inedita. Vid. Biblioth. Mſtam col. 573. ſeq. 4:.

XXIII. Chartaceum volumen formâ quartâ EPIGRAMMATUM Græcorum collectionem complectens, quorum pleraque typis excuſa nondum ſunt. Vid. Bibliothec. Mſtam. col. 574. ſeq. 6:.

XXIV. Volumen chart. continens (1) HIMERII Sophiſtæ orationes tres. (2) Hiſtoriam BELLI TROJANI ſcriptore incerto recentiore & Chriſtiano, uti videtur &c. (3) CARMEN Jambicum anonymi in S. Theodoſium de miraculo colyborum. (4) Aliud carmen ſenariis LXIV. conſtans, cui tit. PHILOTHEI in monachum peſſime tractatum & contumelioſe adfectum, publico omnium conſpectui expoſitum &c. (5) EJUSD. in Imperatorem carmen, conſtans verſibus centum. (6) Anonymi medicamenta varia. Vid. Biblioth. Mſtam col. 585. ſeq. 4:.

XXV. Codex chartaceus formâ quartâ, continens tres priores ÆSCHYLI Tragœdias. Præmiſſa vi-

ta

ta Æschyli, Græcè scripta &c. adjecta scholia tam interlinearia, ut vulgo vocant, quam marginalia &c. Vid. Biblioth. Msta col. 685. seq. 8:.

XXVI. Cod. chart. forma quarta, calamo Italico & eleganti exaratus A. C. 1479. continens, ut titulus habet, librum ANDROMACHI in arte tryace magne, sive de Theriaca, ex Græca lingua, ut persuadere nobis translator vult, in Latinam traductum &c. Vid. Biblioth. Mstam col. 689. seq. 4:.

XXVII. Volumen chartaceum scriptum A. C. 1537. sistens Odysseæ HOMERICÆ interpretationem Lat. oratione prosa adornatam incerto auctore &c. Vid. Biblioth. Mstam col. 694. 2:60.

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MSTÆ COMPENDIARIÆ PARTIS PRIMÆ SECTIO TERTIA, IN QUA HABENTUR

Codices Orientales reliqui.

I. COdex membranaceus ÆTHIOPICUS capsulæ ligneæ non ineleganti inclusus formâ quartâ. Complectitur PSALTERIUM cum CANTICIS ex vet. Testamento & CAN-

& CANTICUM CANTICORUM. Vid. Biblioth. MStam col. 695. seq. 20:.

II. Volumen in duod. continens PSALMOS DAVIDICOS in linguam MOSCOVITICAM traductos ac manu satis eleganti descriptos. 3:.

III. Vol. formâ octavâ charactere elegantissimo exaratum, exhibens *Philippi* BALDÆI Orationes & Catechismum in linguam TAMUL vers. per *Franc.* FONSECAM, Canacapoli in regno Jafnapatarac. 4:.

IV. Volumen formâ quartâ quod olim Theologi Celeb. *Salomonis* van TIL fuit & in ejus librorum Catalogo p. 152. num. 17. hoc modo recensetur: CATECHESIS SINENSIS, cum addita vocum genuina lectione & versione Belgica de verbo ad verbum MS. 3:.

V. Aliud volumen eadem forma ex Ejusd. Bibliotheca. En titulum ex eodem Catalogo p. 152. n. 18. Quindecim ALPHABETA JAVANICA MS. 2:30.

VI. Volumen in quart. complectens varia GRAMMATICALIA MALABARICA. Occurrit (1) Ars TAMUL, sive institutio Grammatica linguæ Malabaricæ idiomate Lusitanico ex majori opere P. *Casp.* d'AQUILAR Soc. Jesu confecta &c. (2) FIDEI CONFESSIO lingua Tamul & Lusitanica. Accedunt in fine Oratio Dominica, Symbolum Apostolicum & variæ preces lingua Malabarica. (3) *De Malabaersche Schryfftconst*, id est: Ars scribendi linguam Malabaricam. 2:45.

VII--XIV. Formâ variâ. Octo hæc volumina SINICA sunt, quorum duo variis figuris elegantibus ornata. Vid. Biblioth. MStam. col. 698. seq. 16:.

XV. Cartophylax seu Cartophorum, quod Gallis *Portefeuille* dicitur. Recondita in hoc folia chartæ subtilissimæ SINICÆ sericea, in quibus varia animalia, plantæ aliæque res naturales eleganter depictæ, adjectis earum non solum nominibus, sed & uberiore nonnullarum descriptione lingua Sinica. Insignis ad naturalem Orientis historiam adparatus. 12:.

XVI--XVIII. Libri tres MALABARICI seu potius fasces foliorum Palmæ, in quæ stylo ferreo istis in oris scribere vel potius sculpere solent. (1) Continetur Evangelium MATTHÆI integrum in linguam MALABARICAM translatum. (2) EVANGELIA quæ vocantur DOMINICALIA ex omnibus Evangelistis desumta & in eandem linguam versa. (3) Foliis crassioribus Juccæ, quæ species Palmæ est, constans, sistit rudimenta ipsius linguæ MALABARICÆ. Vid. Biblioth. MStam col. 698. 8:.

XIX. Diploma lingua ARAMENICA exaratum. 1:60.

XX. Codex forma octava maj. lingua PERSICA scriptus. Complectitur nonnulla CORANI Capita vel Suratas, quæ à Mahumedanæ Religioni addictis tempore belli legi solent, quibus variæ orationes & hymni immiscentur. 10:.

XXI. Codex formâ quartâ ineditus continens VI-

TAS

TAS quadraginta sex PATRIARCHARUM ALEXANDRIÆ à Marco Evangelista usque ad Cabilum. Opus è COPTICA in ARABICAM linguam versum, auctore Anonymo, qui adjutorem habuit quendam Diaconum nomine MICHAELEM, Filium NADIRI, qui forsan integrum postea volumen hoc traduxit. Vid. Biblioth. MStam col. 699. seq. 25:.

XXII. Codex formâ octavâ TURCICUS sine notis vocalibus exaratus, charactere forensi & lectu paulisper difficili, manu ABRAHAMI, filii ALI anno Hegiræ 1024. Continet historiam quorundam Patriarcharum, Prophetarum, Chalifarum, Eruditorum, ac nonnullorum Principum Mohammedanorum. Vid. Biblioth. MStam col. 700. 10:.

XXIII. Codex formâ octav. maj. TURCICUS, partim cum notis vocalibus, partim sinè illis descriptus. Continet vero duos libros, quorum prior in viginti capita tributus de peregrinatione Meccana, alter autem de peregrinatione Hierosolymitana agit. Author prioris vocatur Senex SERANUS, Græcus, celebris in Mecca Concionator; posterioris nulla fit mentio, idem tamen videtur & hunc concinnasse. 8:.

XXIV. Codex folio minori, sistens CORANUM satis pulchro ac quidem distincto charactere cum notis vocalibus exaratum manu MAHMUDI, filii ABDOLGAFRURI in oppidulo Aquisagia, absolutus die Martis mensis Rabiæ secundi anni Hegiræ 975. imperante Selimo. Deficiunt nonnulla

nulla in hoc Codice, quod dolendum. Vid. Biblioth. MStam col. 701. – 10.

XXV. Formâ quartâ Codex CORANI integer charactere eleganti ac admodum legibili exaratus & notis vocalibus instructus per manum GAZILIUMSCIALENSIS anno Hegiræ 1015. 16:.

XXVI. Formâ octavâ maj. Integerrimus CORANI Codex, pulchro atque distincto charactere descriptus ac notis vocalibus insignitus. 15:.

XXVII. Codex CORANI formâ octavâ maj. cum notis vocalibus à duplici manu exaratus. Character utriusque legibilis quidem est, ast non adeo elegans. Initio & fine aliquot Suratæ deficiunt. 8:.

XXVIII. Codex formâ octavâ maj. charactere eleganti exaratus ac notis vocalibus instructus anno Hegiræ 1076. per MOHAMMEDEM Filium OTOMANNI. Continet textum totius CORANI Arabicum. 12:.

XXIX. Formâ quartâ charactere perpulchro descriptus ac notis vocalibus instructus. Complectitur quædam CORANI fragmenta, decimam nonam scil. partem, quæ constat Suris Poëtarum, cum præcedentis Suræ particulâ. 8:.

XXX. Codex forma duod. habetur in eo selectus aliquot Suratarum ex ALCORANO. Codex pulcherrimo charactere ac notis vocalibus exaratus. Vid. Biblioth. MStam col. 701. seq. 5:.

XXXI. Codex forma minori complectens nonnulla CORANI capita quibus variæ subjectæ sunt PRECES ARABICÆ, præfationibus Turcicis

instructæ. Codex vulgari charactere exaratus, cum notis tamen vocalibus. 4:.

XXXII. Codex formâ duod. Codex præcedenti plane similis. Continet enim aliquot etiam CORANI Suras ac ORATIONES Arabicas. 4:.

XXXIII. Forma minori Codex charactere vulgari nec admodum pulcro, partim cum notis vocalibus, partim sine illis exaratus anno Hegiræ 1058. per manum ALI filii MOHAMMEDIS. Varia complectitur (1) quasdam CORANI Suras. (2) Varias PRECES Arabicas cum præfationibus Turcicis. (3) Occurrunt circuli miris characteribus instructi, ita ut Amuleta videantur. (4) Tractatulus Turcicus de variis orandi modis, Arabica lingua conscriptus. 5:.

XXXIV. Codicillus elegantissimus notis etiam vocalibus instructus. Exhibet quasdam CORANI Suras, deinde varias PRECES, quibus præscriptæ leguntur præfatiunculæ, Turcico idiomate exaratæ. 4:.

XXXV. Formâ minori Codex non una manu nec eadem elegantia descriptus, notis tamen vocalibus ubique instructus. Continet quasdam CORANI Suras, quibus additur ORATIO quædam Arabica, quæ tamen mutila, ob excisa in fine folia. 3:.

XXXVI. Formâ duod. Codex cum notis quidem vocalibus, ast charactere parum eleganti descriptus. Sistit CORANI Suram trigesimam sextam

cum

cum variis ORATIONIBUS Arabicis cum præfationibus Turcicis. 3:.

XXXVII. Volumen formâ minori varia manu exaratum, media pars, quæ est elegantissima, per quendam COSROE dictum, descripta est anno Hegiræ 954. Est liber PRECUM Mohammedanarum Arabicus cum præfationibus Turcicis. Præmittuntur duæ è CORANO Suræ. Caret medio, fine ac ordine. 2:30.

XXXVIII. Cod. minori formâ LIBER PRECUM Mohammed. varia manu descriptus charactere non quidem eleganti, sed legibili. Notis vocalibus non ubique insignitus, singulis orationibus præmissa præfamina Turcica. 3:.

XXXIX. Duod. forma Codex sine notis vocalibus ac charactere vulgari descriptus. Sistit varias PRECES ARABICAS cum præfat. Turcicis. 2:.

XL. Codicillus sine carens, partim cum notis vocalibus, partim sine illis exaratus charactere vulgari. Complectitur Orationes varias Turcicas cum præfatiunculis. 2:.

XLI. Codex formâ quartâ Arabicus sine notis vocalibus, varia manu exaratus, partim charactere simplici ac rotundo, partim vero Divanico vel forensi, utroque si non admodum eleganti satis, tamen distincto ac lectu facili. Complectitur autem varia (1) Opus Morale Theologicum MOHAMMEDIS GAZNARENSIS filii AHMADI. Tractat de purificationibus, lotionibus &c. Adjectæ variæ in margine notæ tam Turcica.

quam Arabica lingua. (2) Epistolam ABUHAMEDI Doctoris Ethici apud Mahommedanos celebratissimi, in qua differit de comparatione scientiarum & quomodo iis utendum? (3) POEMATION exhibens sententias morales serie alphabetica. Annexa quinque præcepta ADAMI ad filium Sethum ex traditione Mohammedanorum. (4) Librum Juridico-Theologicum initio mutilum &c. (5) Libellum de iis, quæ in ORATIONE observanda. (6) Alium librum prolixiorem de Oratione ac de purificationibus &c. Vid. Biblioth. Mstam col. 703. seq. 6:.

XLII. Codex formâ quartâ Theologico-Juridicus, lingua Arabica scriptus, sine notis vocalibus ac charactere lectu difficiliori. Complectitur varios libros de jure tam Canonico, quam Civili Mohammedanorum &c. vid. Biblioth. Mstam col. 704. 6:.

XLIII. Cod. formâ oct. maj. Arabicus, partim Turcicus vario charactere forensi ac simplici descriptus. Complectitur primo definitiones & explicationes vocum Juris difficiliorum, deinde sequitur farrago variarum Juris tum quæstionum, tum responsionum, magna ex parte lingua Turcica conscriptarum. 5:.

XLIV. Codex folio minori sine notis vocalibus exaratus, distincto quidem, sed non adeo pulcro charactere. Continet quæcunque AVICENNA scripsit pharmaceutica seu de compositione medicamentorum &c. Vid. Biblioth. Mstam col. 704. 8:.

XLV.

XLV. Formâ quartâ minori Codex Arabicus, in quo: (1) Liber PHYSICUS ex Peripatericorum sententia, auctore ABHARO. Character est forensis punctis diæreticis carens ac proinde lectu difficillimus. (2) Liber de ELOQUENTIA authore anonymo &c. Vid. Biblioth. Mstam col. 705. 4:.

XLVI. Folio minori Codex, complectitur varios libellos Turcico idiomate ab auctoribus anonymis compositos: de Astrologia Judiciaria variisque divinandi generibus, veluti per arenam, per lineas cutis &c. Descriptus est hic codex à Mohammade Filio Abrahami charactere vario, maximam vero partem simplici ac rotundo, omnia sine notis vocalibus. 8::

XLVII. Codex Arabicus formâ quartâ, charactere Divanico, ast lectu paulisper difficili exaratus & quidem sine notis vocalibus. Continet (1) GRAMMATICAM linguæ Arabicæ integram ac methodicam oratione ligata ac prosa scriptam &c. Auctor est ABRAHAMUS Filius MOHAMMEDIS mense Sciavalo, anno Hegiræ 1085. (2) Alia GRAMMATICA magis abstrusa, ac ut ita dicam, Philosophica, auctore CALEDO AZHAVIENSI filio Abdallæ. 5:.

XLVIII. Codex formâ quartâ exhibet fragmentum fabulæ cujusdam, lingua Turcica conscriptæ. 3:.

XLIX. Volumen proprie sic dictum ac thecâ ligneâ, rubro ac viridi colore pictâ, inclusum. Sistit AMULETUM Mahommedanum. Initio de-

picti circuli, quibus tum Mohammedis, Abubacni & cæterorum Mohammedis successorum, tum etiam Michaëlis, Gabrielis ac aliorum Angelorum nomina inscripta. Postea legitur præfatio Turcica, quam sequuntur orationes Arabica & Turcica lingua. Confectum est hoc Amuletum anno Hegiræ 1064. per manum CALIBI filii SOLIMANNI. 2:.

L. Præcedenti plane simile, nisi quod figuris careat, quæ autem, cum initio præfationis Turcicæ, fortè avulsæ sunt. 1:30.

LI. Quod proprie etiam volumen est, constans chartis quamplurimis conglutinatis, manum transversam non excedentibus. Sistit AMULETUM quoque, Turcicum cum orationibus Arabicis notis Turcicis illustratis. Distincto charactere omnia scripta ac notæ vocales adjectæ. 1:45.

LII. Epistola Turcica à Joh. Bapt. PODESTA, Imperatoris Rom. interprete, scripta ad Georgium Pirandinastum, Langianburgi commorantem an. 1690. panno sericeo inclusa. 1:30.

LIII. Litteræ commeatus Turcicæ variæ. 1:.

LIV. Codex elegantissimus Arabicus forma octava maj. 2:30.

LV. Forma duod. complectens duos libellos MOSCOVITICOS, quorum prior typis, posterior manu descriptus. Uterque sacri argumenti videtur. 1:30.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MStæ COMPENDIARIÆ PARTIS PRIMÆ SECTIO QUARTA, COMPREHENDENS CODICES VET. LATINOS AC ALIARUM LINGUARUM MEMBRANACEOS ET CHARTACEOS.

I. COdex forma maj. membranaceus sec. XIV. scripr. BIBLIA utriusque Testamenti ex Latina, quam vulgatam vocant, versione comprehendens. 10:.

II. Codex formæ quartæ, in membranas tenuissimas, charactere minutissimo & pereleganti exaratus, SACRAS itidem PAGINAS referens, ejusdemque cum præcedenti ætatis. Præfixa præfatio & epistola JERONIMI ad Paulinum Episcopum, de omnibus divinæ historiæ libris, in fine autem adjecti in omnes libros S. Scripturæ prologi, ac nominum propriorum, cum singulorum explicatione, index. 8:.

III. Codex folio prælargo, sec. XIV. scriptus. Exhibet S. SCRIPTURÆ versionem vel potius perversionem linguâ Germanicâ. Pleniorem hujus recensionem, BIBLIOTHECÆ, ut vocatur, *separatæ*, quæ Halæ Hermundurorum prodii, insertam lege. 20:.

IV. Volumen chartaceum formâ quartâ in fine sec. XIII. vel initio XIV. exaratum, rhythmis Germa-

nicis libros VET. TEST. exprimens. Dolendum vero Codicem initio & fine mutilum esse. Incipit enim ab Exodi cap. XXXII. & desinit in Cap. II. libri Regum prioris. Vid. Bibliothecam Mstam Part. IV. col. 2. seq. 18:.

V. Forma quarta Codex membr. sec. XV. scriptus litteris majusculis, non solum auro, sed quod rarissime occurrit, argento etiam distinctus ac præfixis septem figuris nativitatem & passionem Christi referentibus ornatus. Continet PSALMOS DAVIDICOS. 15:.

VI. Codex formâ quartâ membr. figuris auroque distinctus sacros quoque DAVIDIS R. hymnos complectens. 5:.

VII. Similis Codex PSALMORUM DAVIDICORUM. 3:.

VIII. Volumen octava formâ maj. membranaceum sec. XV. scriptum. In quo PSALTERIUM, adjectis aliis in Ecclesia recitari & cantari solitis hymnis. 3:.

IX. Volumen formâ duod. PSALMI DAVIDICI in membran. exarati in fine sec. XV. 1:45.

X. Forma maj. Codex quidem est chartaceus foliis tamen, quod in plurimis libris vetustis observatur, membraneis interstinctus. Scriptus videtur initio sec. XV. Continet vero PSALMOS DAVIDICOS Latino-Germanice, cum glossis perpetuis *Nic.* de LYRA, lingua Germanica &c. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 4. seq. 6:.

XI. Codex formâ quartâ membranaceus sec. XIV. scriptus. Comprehendens brevem, ast elegantem

tem exegesin in EVANGELIA, in Ecclesia recitari consueta, rhythmis Germanicis veteribus expressam. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 5. seq. 12:.

XII. Mstum forma duod. in membr. sec. XV. exaratum. NOV. scil. TESTAMENTUM Anglice, ex veteri versione ad usum Lollardorum seu potius Wiclefistarum, complectens. 8:.

XIII. Quatuor EVANGELISTÆ lingua Belgica. Cod. MS. membr. sec. XV. 4:.

XIV. Codicillus membraneus forma minima sec. XIV. conscriptus, omnium S. SCRIPTURÆ librorum ac capitum summam distichis comprehendens. 3:.

XV. Volumen formâ octavâ maj. Q. Sept. TERTULLIANI Apologeticus. Codex elegantissimus quidem, sed recentior sec. quippe XV. descriptus per BERNARDINUM Clericum Regiensem de MARCHESINIS, ast bonæ notæ. Collatus quoque est cum aliis Mstis doctique cujusdam Viri manu variæ adscriptæ lectiones. 12:.

XVI. Codex formâ max. Epistolarum S. JERONYMI præstantissimus sec. XIII. manu exaratus in membr. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 7. seq. 50:.

XVII. Codex membr. sec. XII. vel ad minimum XIII. scriptus, in quo (1) Liber S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI Episcopi Constantinopolitani de reparatione lapsi hominis. (2) Liber S. LAURENTII de duobus temporibus (s. de pœnitentia)

tia) (3) Epistola B. HIERONYMI Presb. ad Damasum Papam in Genes. cap. IV. vers. 15. (4) Translatio S. HIERONYMI, tractatus ORIGENIS in Epithalamium s. Canticum canticorum. (5) ORATIONES ad Deum Patrem, Filium, Spiritum S. & Dei genitricem, alia manu. 15:.

XVIII. Volumen forma duod. quod præter duos libellos typis exscriptos, continet S. AMBROSII commentariorum seu sermonum in Psalmi CXVIII. initia, solam scilicet litterarum Hebraicarum explicationem moralem. Scriptum est recentius XV. scilicet sæculi.. 1:60.

XIX. Cod. membr. forma max. insignis ac elegans sec. XIV. exaratus. Complectitur S. AUGUSTINI de Civitate Dei libros. Præfixa quædam ex EJUSD. retractationum libri secundi capite sexagesimo, ad opus de Civitate Dei spectantia. 50:.

XX. Codex membranaceus circa fin. sec. XIII. scriptus forma quarta, in quo (1) AUGUSTINUS de vera Religione. (2) S. GREGORII PP. Commentarius in Canticum Canticorum. (3) Fragmentum S. AUGUSTINI de opere Monachorum. 16:.

XXI. Volumen formâ quartâ circa exordium sæc. XIV. exaratum. Complectitur (1) SENECÆ de beneficiis libros VII. ast quod dolendum mutilos. (2) EJUSD. de Clementia libros II. (3) EJUSD. de fortuitis remediis ad Gallionem libros II. (4) EJUSD. SENECÆ & PAULI Apostoli

ſtoli epiſtolas mutuas XIV. (5) S. AUGUSTINI librum de catechizandis rudibus. (6) *Ejuſd.* AUGUSTINI de prædeſtinatione diſputationem, Yponoſticon adverſus Pelagianos ſeu Celeſtianos hæreticos. 12:.

XXII. Codicillus membr. formâ quartâ ejuſdem cum antecedente ætatis, exhibens S. AUGUSTINI de pœnitentiæ medicina opuſculum. 6:.

XXIII. Volumen formâ duod. In quo (1) S. AUGUSTINUS de contentione Zachæi & Apollonii. (2) MACROBIUS in CIC. Somnium Scipionis. (3) HYGINI de ſignis cœleſtibus breviarium. (4) Commentarius anonymi in BOETHII arithmetica. (5) De CICERONIS orationibus & libris annotata quædam. (6) Anonymi Tractatus de VITIIS è SS. Patrum ſcriptis. Exarata hæc omnia circa finem ſec. XIV. 7:.

XXIV. Volumen forma duod. chartaceum ſæc. XV. ſcriptum, ſiſtens (1) B. AUGUSTINI Regulam. (2) CONSTITUTIONES ORD. fratrum PRÆDICATORUM per manus Fratris A. P. ejuſdem Ordinis. 4:.

XXV. Formâ maj. Codex membraneus in fine ſæc. XIV. vel initio ſæc. XV. exaratus, complectens S. GREGORII M. PP. moralium in Jobum libros. 16:.

XXVI. Codex membr. forma maj. ſæc. XV. ſcriptus, ſiſtens: (1) GREGORII PP. in Ezechielem Prophetam Homilias XXII. (2) Homiliam ad I. ad Corinth. III. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis Vos &c. agentem de officio Sacerdotum.

tum. (3) Brevem ORATIONIS DOMINICÆ exegesin. 9:.

XXVII. Volumen formâ maj. sæc. XV. initio exaratum, complectens (1) GREGORII Papæ Dialogorum libros. (2) EJUSD. Pastoral. libros tres. 8:.

XXVIII. Codex formâ octavâ majori, ejusdem ætatis vel paulo antiquior, continens *ejusd.* GREGORII Dialogorum libros IV. in membr. descriptos. 10:.

XXIX. Codex membranaceus formâ quartâ, cui talis præfixus [illegible]lus: Liber Testimoniorum Vet. (ac Novi) Testamenti, quem PATERIUS de Opusculis S. GREGORII PP. cum summo studio excerpere curavit. Est autem perpetuus in universam S. Scripturam Comentarius ex omnibus GREGORII M. operibus, serie divinarum paginarum digestus, sæculo, ut videtur, XIV. 8:.

XXX. Volumen foliô min. membraneum sec. XIV. scriptum, in quo habentur: (1) B. ISIDORI synonymorum libri II. (2) Sententiæ S. Patrum de fide. (3) De Spe. (4) De Amore Dei. Mutilum librum esse non solum inspectio, sed prioris quoque possessoris manus docet. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 12. seq. 5:.

XXXI. Volumen formâ min. sæc. XIV. scriptum, in quo occurrunt: (1) B. ISIDORI Synonyma. (2) LEUCII (s. potius SELEUCI) Manichæi libellus de nativitate S. Mariæ ex translatione S. Hieronymo adscriptâ. Uberior ac differens est

ab

ab illo, qui extat Tom. II. Opp. Hieronymi ex edit. Erasmi. *Basileæ* apud. Frobenium 1516. fol. 207. seq. Præfixæ CROMACII & HELIODORI ad Hieronymum ac hujus ad eos responsoria epistola. (3) EVANGELIUM NICODEMI prologo atque epilogo auctius editô à Cl. Fabricio. Inserta quoque legitur PILATI ad Tiberium epistola. (4) ORATIO DOMINICA cum anonymi paraphrasi. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 13. seq. 6:.

XXXII. Codex insignis magnitudinis ac elegantiæ, membranaceus sec. XIV. scriptus, initio ac fine aliquot plagulis carens. Complectitur HAYMONIS Episcopi Halberstadiensis Commentarium in epistolas Paulinas. 15:.

XXXIII. Codex membr. formâ quartâ sec. XV. exaratus, complectens varia S. BERNHARDI & aliorum Opuscula. Comparet (1) BERNHARDI Abbatis Tract. super Evangelium: Missus est Angelus Gabriel &c. (2) Sermo de S. Sacramento. (3) B. BERNHARDI Sermones in psalmum: qui habitas in adjutorio Altissimi &c. (4) *Ejusd.* BERNHARDI ad Fratres de Monte DEI Ord. Carthusiensis epistola seu libri duo. (5) Epistola DIONYSII ad Timotheum de passione B. Pauli; subjecta quædam ex HIERONYMO de Paulo Apostolo. (6) Sermones JOHANNIS Episcopi de laudibus S. Pauli Apostoli. 8:.

XXXIV. Codex membr. fol. min. sec. XV. scriptus, continens XLIII. S. BERNHARDI Abbatis

tis sermones aliaque opuscula ipsius. Vid. Bibl. Mstæ Part. IV. col. 14. seq. 12:.

XXXV. Volumen formâ duod. chartaceum, scriptum sec. XV. vel initio sec. XVI. linguâ Gallicâ varios ejusdem S. BERNHARDI sermones exhibens. *Divers sermons de* S. BERNHARD *Abbe de Clervaux.* 1:60.

XXXVI. Codex membraneus formâ quartâ circa initium sec. XV. exaratus: in quo (1) HUGONIS de VICTORE explanatio in lamentationes Jeremiæ Prophetæ triplex, ita ut primo sensus historicus, deinde allegoricus seu mysticus, ac denique moralis eruatur. (2) *Ejusd.* HUGONIS explanatio de arca & tabernaculo. (3) *Idem* HUGO de duabus piscinis. (4) EJUSD. de tribus silentiis. (5) Ex BERNHARDO de obedientia, de imagine hominis, de similitudine. Quod propria voluntas soli Deo conveniat, & de judicio præsenti. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 16. seq. 4:45.

XXXVII. Volumen membranaceum formâ octavâ maj. sæc. XV. conscriptum, quô habetur: HUGONIS de S. VICTORE liber de Sacramentis in unam seriem dispositis, constans partibus XII. 3:.

XXXVIII. Codex membranaceus formâ quartâ sæc. XV. contextus, sistens opuscula aliquot *Joannis* GERSONIS Cancellarii Parisiensis. Horum (1) est de contemplatione. (2) Practica Theologiæ mysticæ. (3) De spirituali mendicitate animæ exulantis Tract. primus & secundus. 4:.

XXXIX.

XXXIX. Codex membraneus forma maxima sæc. XIV. vel initio XV. summa elegantia exaratus. Complectens Homilias LXVI. variorum SS. Patrum in Evangelia Dominicalia videlicet B. GREGORII, BEDÆ, Venerab S. AUGUSTINI, LEONIS Papæ, B. AMBROSII, HERICI, ORIGENIS, B. HIERONYMI, B. JOHANNIS Episcopi & anonymorum. Vid. Bibl. Mstæ Part. IV. col. 17. seq. 15:.

XL. Codex formæ maximæ membranaceus. Lectionarium est, continens non modo varias SS. PATRUM in Evangelia & Epistolas Dominicales HOMILIAS, sed varia quoque acta & historias SANCTORUM numero CXLVII. Scriptus est Codex sæculo decimo quarto vel sub initium XV. Dolendum vero priora folia CLVIII. deficere Excurrit autem usque ad CCCXXXIV. Indicem auctorum & contentorum Vid. in Biblioth. Mstæ Part. IV. Col. 19. seq. 20:.

XLI. Volumen præcedenti in omnibus simile, nisi quod forma atque ætate aliquantulum cedat. In hoc vero præstat, quod licet initio ac fine mutilus quoque Codex sit, nonnisi paucula tantum folia deesse videantur. Occurrunt in eo HOMILIÆ ac VITÆ SANCTORUM LXXVIII. quarum recensionem habes in ead. Parte IV. col. 24. seq. 16:.

XLII. Volumen formâ duodecimâ, in quo (1) Excerpta varia e SS. PATRUM scriptis per *Fr. Henricum* JACOBI Leydensem, Conventualem monasterii Steynensis anno 1503. (2) B. BERNHARDI

HARDI epistola ad Abbatem Alpensem de monasticæ disciplinæ renovatione. 4:.

XLIII. Codex membraneus sæc. XV. formâ quartâ maj. exaratus, in quo (1) Elucidarius quæstionum de FIDE LXII. constans capitibus. (2) ODONIS Cameracensis Episcopi de originali peccato libri III. (3) EJUSD. tractatus: quæ sit blasphemia Spiritus. (4) S. AUGUSTINUS de prædestinatione. (5) Sermo ejusdem S. AUGUSTINI in illud: Caro concupiscit adversus Spiritum & Spiritus adversus carnem, & quid est, ut non ea, quæ vultis, faciatis &c. (6) ODONIS Cameracensis de adventu Christi cum LEONE Judæo dialogi. (7) ALGERI Scholastici liber de corpore & sanguine Domini. (8) *Ejusd.* ALGERI seu ADELGERI monachi Tr. de libero arbitrio. (9) S. AUGUSTINUS de verbis Domini in Evangelio secundum MATTHÆUM: qui blasphemarit in Spiritum S. non remittitur ei in hoc seculo neque in futuro. Folio ultimo hujus Codicis reperitur Epitaphium quod in sepulchro Domini inventum dicitur. Vid. Bibliothecæ Mstæ Part. IV. col. 26. seq. 6:.

XLIV. Volumen chartaceum formâ duod. sæc. XV. vel initio XVI. scriptum continens Theologica varia. Sunt autem sequentia (1) Epistolæ Anonymi ad fratrem quendam in Eynsteyn de devotione impetranda. De pugna adversus diabolicas suggestiones. Remedia contra insidias & instigationes diabolicas. De doctrina contra mala

mala opera. De Humilitate. De virtute S. Patientiæ. De obedientia. De discretione. In quibus consistat ordinata perfectio omnium Virtutum. Quæ generant charitatem Dei. De Pace. (2) *Dom.* FLORENTII epistola cuidam missa in Windesin, de vita monastica pie agenda. FLORENTIUS hic priorum quoque Author videtur. (3) Admonitiones ad vitam spiritualem utiles de imitatione Christi & contemtu omnium vanitatum mundi. (4) De interna conversatione liber. (5) Epistola de conservatione devotionis & pacis cordis. (6) Generalis modus confitendi brevis. (7) Colloquium JESU & monachi. (8) Oratio in sepultura fratris. (9) Excerpta è libro de divina Rhetorica. (10) Ex Gerardo de GROOT, Hugone de S. VICTORE & soliloquio GERLACI Canonici excerpta. 3..

XLV. Volumen forma maj. in quô *Johannis à* SOST rhythmi Germanici de immaculata conceptione B. Mariæ Virginis. *Eyn Satzung wy dy Mutter Gotz Maria on Erbsond ontphangen ist; gezogen uss bewerter Schryft zu gefallen mynem gnedichen lyben Herrn Herzog Philipsen Pfalzgraven und Kurfursten, durch eyn Liebhaber der Iunckfrauwen Marie.* Anno 1502. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 29. seq. 4:.

XLVI. Volumen membraneum forma duodecima scriptum initio sec. XV. Liber est mysticus à quodam Capellano transcriptus è libello, cui titulus: *Von wyrrehande Oeffninge der Seelen.* Est au-

tem Dialogus animæ & hominis interioris, lingua Belgica exaratus. Vid. dictâ Parte IV. col. 30. 1:30.

XLVII. Liber chartaceus lingua Belgica initio sec. XVI. formâ quartâ scriptus à Moniali quadam Amstelodamensi, varia complectens, quæ vide sis in ead. Parte IV. col. 30. seq. 2:.

XLVIII. Volumen membranaceum formâ quartâ maj. in quo (1) Liber moralis dictus MELLEBEUS ex Lat. sermone, rhythmis Belgicis vetustioribus, redditus Ultrajecti. Est vero dialogus inter Mellebeum & Prudentiam. (2) Alius Dialogus Theologico-Philosophicus inter Regem & Philosophum SYDRAC, cujus etiam nomini inscribitur, prosâ exaratus, ut ex rhythmis Belgicis in fine adjectis patet *Antverpiæ* MCCCXXVI. Continet quæstiones CCCXX. cum earundem resolutione. Vid. citat. Partem IV. col. 31. seq. 4:.

XLIX. Volumen forma duod. sec. XV. in membrana scriptum, exhibens Meditationes in singulis diebus Dominicis ac Festis usurpandas, continent non solum aliquot S. Scripturæ loca & Orationes, sed varia etiam SS. Patrum dicta. 1:45.

L. Codex membranaceus sec. XV. forma quarta minori, charactere minutissimo exaratus, in quô: (1) SERMONES, ut vocant, de tempore diversorum Authorum. (2) Carmen de mystica MISSÆ significatione. Adjectæ huic carmini non solum notæ interlineares, sed etiam ube-

uberior in margine Commentarius. (3) Formæ EPISTOLARUM, ut antiqua manus insignivit, seu ut vulgo vocant, Formulare, continens excerpta litterarum à Pontificibus, Regibus &c. datarum, superscriptis ubique argumentis, quæ tanti sunt momenti, ut dolendum sit, quod non integræ insertæ sint Epistolæ. (4) Explicatio Evangeliorum & sermones aliquot. (5) Compilatio de omnibus sententiis SEXTI, quæ tangere possunt Religiosos. (6) Sermones varii. (7) Vitæ SS. JODOCI, Onofrii, S. Verenæ Virginis, S. Erhardi, S. Adelberti, S. Pelagii & Abrahæ Eremitæ, item de ortu S. Laurentii. (8) Summula Summæ RAYMUNDI metrica. 5:.

LI. Volumen formâ sedecima chartaceum recentissimum, scriptum scil. 1639. exhibens LITURGIAM S. JACOBI Apostoli & Fratris Domini. Præfixa sunt ex T. Claudii de SAINCTES Theologi Parisiensis præfatione de hac Missa testimonia ac alia prolegomena. Adjecta quoque de mysterio S. Synaxeos s. Communionis ex S. DIONYSII AREOPAGITÆ libro de Ecclesiastica Hierarchia Cap. III. è versione ejusdem Claudii à SAINCTES à *Joach.* Perionii translatione non aliena. 1:45.

LII. Codex forma maj. membranaceus LITURGICUS, qui non solum ob CANONIS MISSÆ antiquitatem suspiciendus, sed ideo potissimum magni faciendus est, quod è numero RESCRIPTORUM ac pumice planatorum sit. Vide Biblioth. MStæ Part. IV. col. 33. 12:.

LIII. Codex membraneus forma maj. continens AGENDA, ut vocant, Pontificia. Adjecta in fine folia aliquot chartacea, qui in benedictione lapidis primarii Ecclesiæ & in ipsa Ecclesiæ dedicatione dicantur Cantus, referentia. 3:.

LIV. Ordinarius Ecclesiæ seu monasterii S. Cæciliæ Virginis & Martyris, h. e. Index eorum, quæ singulis Dominicis aliisque Festis diebus legi ac decantari sueverunt. Codex est membranaceus sæc. XV. formâ quartâ scriptus. 2:.

LV. Volumen chartaceum forma quarta scriptum anno MCCCCXI. in quo: (1) Lectionarium seu EPISTOLÆ DOMIN. per annum legi solitæ ex rudi versione Germanica. (2) HARMONIA EVANGELICA & historia integra Evangelica, ex omnibus Evangelistis, una serie digesta. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 34. 3:45.

LVI. LECTIONARIUM quod vocant sæc. XV. in membr. forma quarta maj. exaratum, continens non solum lectiones & antiphonas cum superscriptis veteribus notis Musicis, sed breves quoque Homelias S. AUGUSTINI, GREGORII M. BEDÆ aliorumque. 3:.

LVII. Ejusdem fere ætatis, argumenti, formæ ac commatis cum præcedente volumen. 2:60.

LVIII. Codex membraneus similis præcedentibus, nisi quod Homeliis careat. 2:.

LIX. Forma octav. maj. volumen membranaceum præcedenti simile. 1:30.

LX. Precationum liber sæc. XV. vel initio sæc. XVI.

XVI. in membr. formâ duod. exaratus, litteris non solum aureis sed etiam XVI. historiam Salvatoris repræsentantibus figuris miniatis iisque elegantissimis ornatus. 8:.

LXI – LXV. Quinque libelli precatorii antecedenti similes, auro quoque insignes, ast figuris non exornati. Quilibet eorundem. 1:30.

LXVI – LXIX. Quatuor volumina membr. forma duod. ejusdem argumenti. Eorundem quilibet. 1:.

LXX. Libellus quoque precatorius sec. XV. in membr. conscriptus lingua Germ. vet. continens Psalmos Davidicos & alias precum formulas. 1:30.

LXXI. Volumen membraneum forma duodecima, exhibens Breviarium lingua Belgica sec. XV. scriptum. 1:.

LXXII. Formâ sedecimâ ejusdem Commatis libellus, ast Latinus multisque figuris non inelegantibus conspicuus. 1:30.

LXXIII. Volumen formâ minima continens exercitia precationum selectarum in gratiam & devotionem admodum Nobilis Viri ac Domini Leopoldi Peyer im Hoff civis Lucernensis congregata per P. CORNELIUM Capucinum Sacerdotem scripta Lucernæ in Helvetia MDCXXIX. elegantissimè in membrana. 1:.

LXXIV. Codex membraneus sec. XIV. exaratus forma octava minori, exhibens JUVENCI Sacram Evangeliorum historiam, carmine redditam. 4:.

LXXV. Volumen chartaceum sec. XV. forma maj. scriptum, continens (1) EVANGELIUM NICODEMI. (2) Anonymi tractat. de multiplici cognitione distinctioneque PECCATI. (3) Epistolam de MORUM REGULIS. 2:.

LXXVI. Codex immensæ magnitudinis sec. XIII. vel certe XIV. in membr. exaratus. Est autem insigne quoddam, ut vocant, MARTYROLOGIUM. In quo CXII. vitæ Sanctorum ac Martyriorum historiæ. Vid. Bibliothecæ Mstæ Part. IV. col. 36. seq. 40:.

LXXVII. Codex membraneus formâ maj. jussu Johannis Episcopi Worm. per A. scriptus an. 1423. Continentur eodem (1) B. HIERONYMI vita S. Hilarionis. (2) S. ATHANASII Alexandrini vita S. Anthonii monachi & Eremitæ, translata ab EVAGRIO Presbytero. Præfixi *ejusd.* EVAGRII ad Innocentium & ATHANASII ad peregrinos fratres prologi. (3) Vita S. PAULI primi Heremite authore HIERONYMO. (4) De vita SS. Patrum Heremitarum libri tres. (5) Vita S. MARINE, que mutato habitu & nomine Marinus est nuncupata. (6) Excerptum de vita & operibus S. HIERONYMI. (7) Pauca de actu & obitu Episcopi (Alexandrini) PETRI inter egregios præcipui. (8) Loca circa Jherusalem commemoratione digna. 6:.

LXXVIII. Volumen formâ quartâ membranaceum, complectens vitas aliquot Sanctorum carmine expressas. Sunt autem hæ (1) Passio THEBEO-

BEORUM. (2) Passio S. LAURENTII ab eodem auctore composita. (3) Sermo qui solenniter recitatur de omnibus Sanctis Kal. Nov. versibus redditus. (4) Hymnus de omnibus Sanctis elegiaco metro per alphabetum compositus. (5) Passio SS. MARCELLINI & PETRI Martyrum. (6) Vita & miracula S. LUCIÆ Virginis carmine Sapphico elegantissimo. (7) EJUSD. vita prosâ. Scriptus hic liber sec. XIV. fuitque Ottonis de DAULES quondam Præpositi de Meerssen, Abbatis Gemblacensis. 5:.

LXXIX. Volumen formâ quartâ sec. XV. scriptum, exhibens (1) BONAVENTURÆ vitam S. Francisci lingua Belgica. (2) Vitam S. Elizabethæ eadem linguâ. 3:.

LXXX. Codex membraneus formâ maj. sec. XV. contextus, in quo: (1) *Jacobi* de VORAGINE legenda aurea Sanctorum. (2) Gregorii M. PP. Dialogorum libri IV. 10:.

LXXXI. Volumen formâ quartâ chartaceum. Habetur in eodem Historia fabulosa B. MARIÆ Virginis & JESU CHRISTI ex Evangelio Nativitatis Mariæ, Proto-Evangelio S. Jacobi, Evangelio Infantiæ & similibus conflata ac rhythmis Germanicis sæc. XIII. vel initio XIV. conscripta. Evangelio Infantiæ adjecta paraphrasis metrica multo amplior ipsô. Vid. Biblioth. Mistæ Part. IV. col. 40. seq. 8:.

LXXXII. Chartaceus liber forma maj. qui inscribitur: CÆSARIUS DIALOGUS. Non est autem Dialogus, sed historia variorum miraculo-

rum, inprimis S. Mariæ Virginis, linguâ Belgica. Scriptor fuit Fredericus Martini filius & S. Luciæ minister, seculo, ut ex charactere colligere est, XV. In septem partes distinctus liber. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 43. seq. 3:.

LXXXIII. Codex membranaceus sec. XIII. vel initio XIV. formâ quartâ exaratus. In quo habentur (1) KALENDARIUM seu designatio omnium Festorum per singulos menses. (2) REDITUS spectantes ad Capellam S. JOHANNIS in HERVEROT juxta Catzenellenbogen. (3) DIPLOMA FUNDATIONIS monasterii S. MARIÆ Virginis prope Moguntiam antiquissimo charactere ejusdem, quo datum est, sæculi æmulo, descriptum. (4) CENSUS qui pertinent ad Capellam S. MICHAELIS. (5) ORDO de habitu monachico s. de institutis ac Regulis MONACHORUM. (6) Versus de S. BENEDICTO. (7) Regula Patris eximii B. BENEDICTI. (8) CAPITULA quæ anno incarnat. Dom. DCCCXVII. Imperii glorios. Principis HLUDOVICI IV. V. Id. Jul. cum in domo Aquisgrani palatii, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum quampluribus una resedissent, communi consilio ac pari voluntate inviolabiliter a REGULARIBUS conservari decreverunt. (9) CAPITULA NOVITIORUM de his, in quibus Præceptum, Regulæ & Constitutiones novellorum Conciliorum acutius nos considerare & promtius exercere jussio imperialis

lis ammonet. (10) CAPITULA qualiter hi, qui in arce regulari pollere satagunt, ordinem regularem observare nituntur, sicut nonnullis cœnobiis visum est habere. (11) CAPITULA, qualiter observationes sacræ in nonullis monasteriis habentur, quas bonæ memoriæ BENEDICTUS Secundus in cœnobiis suis alumnis habere instituit. (12) MODUS diversarum pœnitentiarum a *Benedicto* NUBER Abbate distinctus, de Regula S. Benedicti Abbatis. (13) PETITIO quam ante votum MONACHUS quilibet facere debet. (14) Epistola cum XII. Capitulis quorundam fratrum. (15) CAROLI M. ad Albinum epistola de origine & ratione septuagesimæ, sexagesimæ & quinquagesimæ ac de observantia & cultu harum hebdomadum. (16) De Cœnobio S. JACOBI in monte speciosо quædam. (17) Ecclesiasticus Thesaurus & bona S. Mariæ ad altum monasterium, cui Domina Mathildis venerabilis Abbatissa præesse videbatur. (18) Versus de STEPHANO CLUNIACENSI fratre in societatem & fraternitatem ejusdem monasterii recepto. (19) Vita S. BILHILDIS manu recentiori descripta. 6:.

LXXXIV. Codex membranaceus formâ maj. descriptus sec. XV. continens EUSEBII Cæsariensis Episc. historiam Ecclesiasticam ex RUFFINI Presbyteri versione. Fuit olim Viri Celeb. D. Jo. Frid. Mayeri, in cujus Bibliothecæ Catalogo p. 725. num. 26. duorum capitum additamento conspicuus dicitur. 16:.

LXXXV. Volumen membraneum formâ quartâ scriptum initio sec. XV. Extant in eo (1) Liber gestorum BARLAAM & JOSAPHAT Servorum Dei, editus a JOHANNE DAMASCENO. Exscripsit *Joannes* BROECHUS anno Domini MCCCCVI. (2.) Relatio de tribus MAGIS. (3.) Relatio de duobus DUCIBUS altercantibus &c. (4.) Vita S. FURSEI Confessoris Christi. (5.) Historia de exaltatione S. CRUCIS Dominicæ. Vid. Biblioth. MStæ. Part. IV. col. 45. seq. 5:.

LXXXVI. & LXXXVII. Complectuntur spissa hæc duo volumina ACTA CONCILII CONSTANTIENSIS, collecta a *Johanne* ANDREA RATISBONENSI coætaneo, nondum edita. Quæ cum ex vet. Codice membranaceo præstantissimo circa tempus Concilii manu exarato per Amanuensem describi fecerim, in vet. Codicum classem referenda duxi, licet recentiora sint apographa. Quæ in *Hermanni von der* HARDT collectione jam extant, omissa fuerunt omnia, nisi vel correctiora vel auctiora in optimo hoc Codice legebantur. Contentorum utriusque Voluminis syllabum habes in Bibliothecæ MStæ. Part. IV. Col. 43. seq. 55:.

LXXXVIII. Volumen Chartaceum sec. XV. forma Duodec. scriptum, continens duplicia ORDINIS CISTERTIENSIS statuta lingua Germanica. (1.) *Orden der Ley-Bruder, die man nennet* Convers *des Ordens van* CISTELS *genannt.* (2.) *Orden der halben Bruder graves Ordens, als das Cloſter*

ſter CISTELS, *und alle grawe Cloſter, do geordent, geſezet vnd gemacht hant yne zu haltende.* 1: 30.

LXXXIX. Codicillus membr. XV. forma Duod. exaratus, in quo: (1) Tr. de fructuoſo modo celebrandi MISSAS &c. per Fratres Ordinis CARTHUSIENSIS, cum additamento. (2) Fratris cujusdam Ord. CARTHUSIENSIS epiſtola ad Dn. A. Vicarium Domus Montis S. Mariæ ARGENTINENSIS, Ord. Carthuſienſ. (3) EJUSD. Epiſtola miſſa cuidam fratri Monacho Montis S. Beati prope Confluentiam de exercitio exercitiorum. (4) EJUSD. Epiſtola ad eundem contra metum Peſtilentiæ anno Jubileo 1450. (5) EJUSD. Epiſtola de Verecundia. (6) Epiſtola cujusd. Carthuſienſis, continens devotum exercitium de PASSIONE Domini noſtri JESU CHRISTI. (7) REGIMEN breve & utile pro Carthuſienſibus. (8) Excerpta ex libro, qui dicitur Spiritualis gratia, qualiter ſe religioſus die ac nocte ſalubriter exercere valeat, &c. (9) De initio PALLII glorioſæ Virginis MARIÆ. (10) De eodem pallio verſus. (11.) Iidem verſus rhythmis Germ. (12) *Was MARIEN MANTEL bedutet, und wie man die* Materie *ſulte verſtaen myt* Exempel. (13) Quomodo debemus conſtruere ſive edificare domum ſive aulam ſpiritualem glorioſæ Virginis MARIÆ. (14) Exercitium humile & devotum de Educatione Domini JESU & glorioſæ Virginis MARIÆ Matris ejus. (15) Oratio devota S. MARTINI Papæ ante Miſ-

ſam

ſam à Sacerdote dicenda multum utilis & proficua. 3:.

XC. Chartaceum volumen ſec. XV. formâ duod. ſcriptum, continens Meditationes de paſſione Domini: *Hondert Articulen der Paſſie uns Heeren*, & alia Theologica linguâ Belgica. 1:45.

XCI. Volumen forma quarta Chartaceum, aſt præſtantiſſimum, continens vetera Germaniæ jura, initio ſæc. XIV. ſcriptum. Vid. Bibl. MSTæ Part. IV. Col. 63. ſeq. Occurrunt autem in hoc Codice I. præter figuras ac rhythmos vet. initio voluminis præfixos, de quibus vidè l. c. (1) Prolegomena hiſtorica, quæ Juri Municipali Magdeburgenſi, WICHBILD dicto, præfigi ſolent, cum additionibus. (2) Jus ipſum Municipale WICHBILDE. (3) SPECULUM SAXONICUM, editis multo terſius, emaculatius ac veteri dialecto concinnius. Præmiſſi Rhythmi & quidem plures editis, vid. dicta Part. IV. Col. 66. (4) Alia Jurium Germanicorum compilatio Caroli Imp. vulgo *des KEYSERS RECHTE*. Vid. l. c. 25:.

XCII. Codex membr. formâ quartâ circa finem ſec. XIV. vel initium ſec. XV. conſcriptus. Collectio eſt vetuſtiſſima JURIUM LUBECENSIUM. vid. Biblioth. MStæ. Part. IV. col. 79. ſeq. 12:.

XCIII. Volumen Chartaceum initio Sæculi XV. forma maj. contextum, complectens varias Jurium vet. conlectiones. (1) JUS FEUDALE SAXONICUM, vulgo SECHSICH LEHENRECHT,

RECHT, edito multo correctius. Ordo quoque capitum longe diversus Vid. Biblioth. MStæ. Part. IV. col. 80. seq. (2) *Satzung des LANDFRIEDS von dem Rœmischen Kunig zu Wirzburg in dem* Concilio *aufgesazt* An. MCCLXXXVII. (3) KEYSERLICHE RECHTE, seu compilatio Jurium vetus, auctore Anonymo. Sequitur potissimum Jus Suevicum, vulgo *Schwaben-Spiegel*, e quo integra hinc inde capitula inserta leguntur. Nonnulla etiam hausit compilator è Speculo Saxonico & aliis fontibus, inprimis Consuetudinibus. Synopsin vel lemmata Capitum vid. in ea Part. IV. col. 85. seq. (4) JURA Statutaria VIENNENSIA: *Stat-Rechten zu Wien.* Vid. l. c. col. 95. seq. (5) Confirmatio eorundem Jurium per ALBERTUM Archi-Ducem. *Ain Bestettung Hertzog* ALBRECHTEN *uber die Rechten zu Wien.* Vid. d. l. col. 101. seq. (6) *Hantvest uber der Kauff-leut Recht und ire Wag von Hertzog* FRIEDERICH An. 1312. (7) *Handvest uber die gewondlich Straß der Kauffleuth von Hertzog* ALBRECHT *und* LEOPOLD & familia alia, vid. l. c. col. 105.-- 16:.

XCIV. Volumen chartaceum forma maj. conscriptum. Habetur in eo (1) Collectio Jurium ac Consuetudinum vet. Saxonicarum, facta Gothæ 1503. in die S. Michaëlis per *Joh.* PURGOLDT Consulem Isnacensem. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 106. seq. (2) JURA statutaria ISNACENSIA: *Der Stadt Eysenach Wilkœr.*

kær. Vid. l. c. col. 109. ſeq. (3) CONSUETUDINES ISNACENSES: *Gerichts-Leufft zu Eiſenach* &c. Vid. ibid. col. 111. ſeq. 12:.

XCV. Codex membraneus ſec. XV. forma quarta ſcriptus: *KUERE tot ZIRICK-ZEE*, h. e. ordinatio ſeu leges politicæ Civitatis Zirick-Zææ in Zelandia. 6:.

XCVI. Codex membraneus forma maj. initio ſec. XV. exaratus, ſiſtens CODICIS JUSTINIANEI libros IX. priores. Adjectæ in margine notæ quas GLOSSAS vocant. Dolendum initio Codicis hujus præſtantiſſimi aliquot folia deficere. 30:.

XCVII. Codex forma maj. membraneus paulo recentior præcedenti. Complectitur autem (1) INSTITUTIONUM Juris JUSTINIANI Imp. Libros IV. (2) AUTHENTICARUM libros IX. (3) CODICIS JUSTINIANEI lib. X. XI. & XII. (4) CONSUETUDINES FEUDORUM. Omnia Gloſſis ſeu notis marginalibus inſtructa, ac figuris, Conſuetudines inprimis Feudales, ornata. 30:.

XCVIII. Volumen membraneum forma maj. ſec. XIV. deſcriptum, ſiſtens DECRETORUM Part. II. & III. Gloſſa illuſtratas. 25:.

XCIX. Codex forma maj. ſec. XIV. exaratus, exhibens DECRET. GREGORII lib. V. Initio ac fine caret Codex, alias optimus, literis majuſculis ac initialibus deauratis conſpicuus Gloſſematibusque inſtructus. 25:.

C. Volumen forma maj. ejusdem commatis ac ætatis

ætatis cum antecedenti, exhibens quoque DECRETALIUM libros tres priores cum Gloſſis uberioribus. 20:.

CI. Volumen forma maj. *Joh.* ANDREÆ Novella Gloſſarum (in DECRETAL. lib. II. priores) Compilatio, Genetricis nomen gerens, dedicata Bertrando Epiſcopo Oſtienſi. Cod. ſæc. XV. ſcriptus in membr. ac litteris deauratis non ſolum, ſed figuris etiam duabus elegantiſſimis initio cujusque libri decoratus. 16:.

CII. Codex membranaceus forma maj. ſec. XV. ſcriptus. ROFREDI ſeu ODOFREDI Beneventani liber de libellis, in Jure Canonico, ſecundum forum Eccleſie Romane, componendis. Vid. Biblioth. MStæ. Part. IV. col. 113. ſeq. 12:.

CIII. Codex membranaceus folio minori ſec. XVI. ſcriptus Magiſtri ROLANDINI ſummam de Tabellionatus officio complectens. 8:.

CIV. Volumen forma maj. membr. initio ſec. XV. exaratum: LEXICON JURIS univerſi ſerie Alphabeti digeſtum ſiſtens. 12:.

CV. Volumen forma duod. chartaceum recentiſſimum, exhibens (1) GALENI libros tres de Temperamentis, diligentius recognitos, Thoma LINACRO interprete. (2) EJUSD. GALENI de optima noſtri corporis conſtitutione librum unum, *Ferdinando* BALAMIO interprete, ad Græcorum exemplarium fidem caſtigatum. 2:.

CVI. Volumen chartaceum formâ quartâ ſec. XV. ſcriptum, continens librum ANDROMACHI

de

de Theriaca in Latinam Linguam translatum ac interpretatum. Vid. Biblioth. MStæ. Part. IV. col. 114. seq. 5:.

CVII. Volumen forma duod. membranaceum, scriptum anno 1431. In quo: (1) Liber EGIDII de urinis carminice. (2) Ejusd. de pulsibus, itidem versibus. (3) Arnoldi de VILLANOVA aphorismi. (4) HIPPOCRATIS aphorismi. (5) Liber Prognosticorum. (6) GALENUS de Arte. (7) Liber tertius JOHANNIS DAMASCENI Filii MESUE: Antidotarium Electuarium confectionum. (8) Tractatus brevis de Medicinis digestivis, simplicibus & compositis. 2: 30.

CVIII. Codex membranaceus sec. XV. exaratus, quo continentur: (1) *Jo. de S.* AMANDO Tr. dictus aureolus de conservatione sanitatis & tardatione senectutis. (2) *Eben* MESUE Tr. de simplicibus per Mag. *Jo. de* PARMA abbreviatus. (3) Tr. de Anatomia. (4) Tr. de Ornatu mulierum utilis & bonus. (5) Tr. Magistri *Bernardi* de GORDONIO de pulsu. (6) Libellus dictus Thesaurus pauperum. (7) Compendium Medicinæ Magistri *Jo. de S.* AMANDO. (8) Ejusd. Tr. de Medicinis compositis. (9) LEXICON MEDICUM. (10) Anonymi Tr. Medico-Practicus. (11) Tabula ECLYPSIUM Lunæ & Solis ab anno Domini 1330. usque ad 1386. 3:.

CIX. Volumen Chartaceum formâ quartâ initio sec. XVI. scriptum, quo habentur (1) Regimen

men Sanitatis Salernitanum excellentissimum pro conservatione Sanitatis totius humani generis perutilissimum à Mag. *Arnoldo* de VILLANOVA Cathelano, omnium Medicorum Gemmâ, utiliter ac secundum omnium antiquorum Medicorum Doctrinam veraciter expositum, noviter correctum ac emendatum per valentissimos, egregissimos ac Medicinæ Artis peritissimos Doctores Montispessulani regentes Anno MCCCCLXXX. scriptum per *Balth.* LOTWIGER, civem in Hallis. An. 1596. (2) THESAURUS pauperum rhythmice scriptus, cum explicatione soluta, completus per EUNDEM. 1505. (3) Tr. de REGIMINE hominis, compositus per Magistrum ac Dominum ALBICUM Archiep. Pragensem, qui alio nomine Vetularius nuncupatur, scriptus per eundem eod. anno. (4) Tr. de salute corporis, scriptus Bononiæ per insignem Virum Dom. Guillermum de SALICETO Med. Doctorem famosissimum, ad inclytum Alfonsum Arragoniæ & Siciliæ Regem, Eodem, ut apparet, Scriptore 1505. (5) Tr. de Epidemia & Peste *D.* VELASII de TARENTA, Artium & Medicinæ Doctoris &c. (6) REGULE Doctorum de URINIS. (7) De MEDICINIS digestivis evacuantibus. (8) Regimen Sanitatis, editum ad Innocentium Papam tertium, in Villa Parisiensi. (9) Tr. de URINIS, adjecta in fine explicatione notarum s. Abbreviationum Medicarum vet. 2:.

CX. Volumen Chartaceum sec. XV. forma quarta contextum, in quo (1) Anonymi Tr. de GENERATIONE. (2) TROTULÆ liber Medicus. (3) ALBERTUS M. de Secretis mulierum lingua Belgica. 1: 45.

CXI. Volumen forma maj. sec. XIV. exaratum, sistens varia MEDICO-MAGICA lingua Germanica conscripta. 3:.

CXII. Itidem Chartaceum Volumen, forma quarta, in fine sec. XV. scriptum, in quo varia Medico-Chirurgica. (1) *Von Kranckheit, Siechtagen und Zuval der Schwangeren und geberenden Vrouwen und irer neugebornen Kinder* 1494. (2) ANTIDOTARIUS CHIRURGICUS, *von Latin zu Tutsche gezogen* 1494. (3) *Ein wahrhafftig bewerte Kunst die magren unfruchtbare Frowen berhafftig zu machen.* Hæc probavit M. THOMAS Apothecarius & expertus Chirurgicus in Wasserburg. (4) Ejusd. Remedia Medica varia. 1: 30.

CXIII. Codex membranaceus forma maj. complectens historiam naturalem, Rhythmis Belgicis scriptam & ex Alberti M. scriptis potissimum collectam, Auctore *Jacobo* à MARLANT. Titulus libri: *Der Naturen Blome.* Tempus ac locus quo hic Codex exaratus, in calce libri hoc modo notatur: *Ghescreven t' Utrecht in die Jaer ons Heeren MCCCXLV.* op sinte Pancratius *Avont.* Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 120. seq. 5:.

CXIV. Volumen forma quarta circa Annum MCCCCLXVIII.

MCCCCLXVIII. scriptum, in quo varia Chymica & quidem (1) VOCABULARIUS, i. e. Glossarium vetus vocabulorum, in vet. Chymicorum scriptis occurrentium, adjecta quoque signa Chymica, cum eorundem explicatione. (2) Varia CHYMICA & ALCHYMICA. (3) Liber HERMETIS extractive. (4) De PRÆPARATIONE LAPIDIS physici. (5) Anonymi tractatus ALCHYMICUS. (1) De auro & argento. (2) De CONJUNCTIONE corporis & spiritus. (3) De Plantatione pulverum. (6) Alius libellus ALCHYMICUS. (6b) VERBUM abbreviatum & verissimum. (7) *Zu leutern den SALNITER, daß er besser werde zu aller Erbeit* &c. (8) AUGMENTATIO RUBERTI seu Ruperti de Constantinopoli. (9) Collectanea. (10) SOMNIA DANIELIS, quæ non à se, sed à Deo accepit s. ONEIROCRITICA, serie alphabetica digesta. (11) SOMNIA, quæ acciderunt YSAAC, cum captus fuerat à Rege Pharaone. (12) TINCTURA ex solo MERCURIO, à recentiore manu in margine notatum: *Casp.* KEGLER D. me approbavit 1515. (13) Ex *Jo. de* RUBICISSA libro de quinta Essentia. (14) Verissimum Opus, secundum dicta HERMETIS. (15) Liber Magisterii confectionis veri lapidis Philosophorum, clare & absque ulla pallatione editus, per Fratrem *Jo. de* RUBICISSA, Ord. Minor. virum utraque arte illustratum, quem libellum composuit ad sublevandas inopias Pape

& Cleri tempore futuræ tribulationis, divina præmonitus revelatione scripsi. MCCCCLXVIII. In margine recentior manus addidit: Ego *Casp.* KEGLER, Doctor Medicinæ, approbo illam Tincturam, quæ ex veris procedit principiis naturalibus, scilicet ex Mercurio & Sulphure, licet non vulgari, ut quidam fatui æstimant. 1515. (15*b*) PROCESSUS ex libro, qui potest XL. diebus perfici. (16) De PRÆPARATIONE variorum Medicamentorum Chymicorum, immixtis etiam Alchymicis. (17) Digestio WENCESLAI & TYLEMANNI tertia vice probata & alia Alchymica. (18) TINCTURA de JOVE, quam practicari vidi prope Constantiam & alia. (19) Commendatio SALIS PALLIDI, secundum D. PAULUM in Dresden, cum aliis nonnullis. (20) *Henr. de* HALLIS *vom Salniter.* (21) M. BARTHOLOMÆI introductiones ad experimenta practica Tr. Med. (22) Liber secretorum BUBACARI, divisus in tres Partes, quarum prima manifestat species, secunda vasa, tertia operationes specierum. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 121. seq. 6:.

CXV. Volumen forma duod. exaratum circa an. 1482. In quo: (1) Liber cognitionis perfectæ præparationis SALIS communis & usus ejus. (2) ALBERTI M. liber quartus mineralium corporum congelatorum. (3) Ejusd. liber quintus. (4) MEDICA remedia varia. (5) Operationes modi & experimenta secreta calcinandi, conficiendi & formandi SATURNUM.

(6) Li-

(6) Liber Secretus Secretorum in Arte ALKIMICA Aristotelis, Hermetis Principis & Inventoris hujus scientiæ, Belini, Mulenæ Regis Babyloniæ, Geberi & Alberti &c. 3:.

CXVI. Codex membranaceus sec. XV. forma quarta scriptus, complectens tres libros Alchymicos, sequentibus titulis insignitos: (1) MARGARITA Artis Alchymisticæ. (2) LUMEN luminis. (3) Libellus ALCHYMICUS lingua Belgica. 3:.

CXVII. Codex membranaceus sec. XV. forma quarta exaratus: BOETHII liber de Musicarum figuris. 4:.

CXVIII. Volumen forma quarta, constans & membranaceis & chartaceis foliis. Continetur illo: GOBELINI Decani Oppidi Bilveldi, Paderbornensis Diœceseos Tr. Musicæ scientiæ collectus 1417. 2:.

CXIX. De MUSICA libellus membranaceus sec. XV. forma duod. scriptus, in fine mancus. 1: 30.

CXX. Volumen chartaceum sec. XV. forma duod. scriptum. Libellus ASTRONOMICUS de signis cœlestibus præcipue tractans. 1: 30.

CXXI. Volumen membranaceum forma duod. recentius, sed elegans: *Ewig werender KALENDER, samt etlichen Reguln dazu dienstlich.* 1:.

CXXII. Volumen sec. XV. forma quarta conscriptum. Fuit olim *Jo.* CHRISTENII, qui hunc titulum præfixit: Liber plenus optimis Sapientiæ præceptis & sententiis, ex diversis scriptoribus

bus in unum congestus. Est videlicet collectio variorum dictorum moralium ex Auctoribus Sacro-profanis Græcis & Latinis S. nimirum Scriptura, Patribus, Authoribus priscis &c. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 125. seq. 5:.

CXXIII. Codex Chartaceus recentior, nec uno eodemque tempore scriptus formâ quartâ. In quo (1) Entheticus *Joh.* SARESBERIENSIS de dogmate Philosophorum, editus ad Thomam Cancellarium, postea Canthuariensem Archi-Episcopum, ex Codice Bibliothecæ Sereniss. Britannorum Regis & Apographo Patricii JUNII Bibliothecarii. (2) SCHOLA SALERNITANA de conservanda bona valetudine, cum nonnullis additamentis ac notis marginalibus. Descripsit *J. C.* MYCROPIUS. Adj. in fine: Victus & cultus ratio, exposita quatuor in singulos menses versibus per *Joach.* CAMERARIUM. (3) Passio JESU Christi à JUVENCO Hispano carmine heroico descripta cum notis interlinearibus ac marginalibus. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 126. 6:.

CXXIV. Codex Chartaceus circa med. sec. XV. forma quarta exaratus. Habentur in eo (1) Gesta Pontificum TUNGRENSIUM & LEODIENSIUM ab Anonymo scriptore congesta. (2) Anonymus de Origine Urbis TREVERICÆ & de gestis Pontificum ejusdem Civitatis. (3) EUSEBII Cæs. Palest. Episcopi, Chronica ab HIERONYMO Presbytero continuata. Vid. dicta Parte IV. col. 129. seq. 20:.

CXXV.

CXXV. Codex membraneus forma octava maj. contextus, complectens varia SIGEBERTI GEMBLACENSIS scripta. Comparavi illum ex venditione librorum sub hastâ Hagæ Comitis, per Christ. van Lom et Rutgerum. Albers Bibliopolas 1714. die 19. Febr. seq. facta. In Catalogo typis ab ipsis exscripto p. 128. num. 660. manu propria SIGEBERTI exaratum ajunt, sed fides sit penes ipsos. Hoc vero certum, Codicem hunc ætatem Authoris attingere vel paulo post scriptum fuisse. Continet autem hoc volumen (1) Vitam S. *Wicberti à* SIGEBERTO Gembl. contextam capitulis XVIII. Huic in fine annexa ERLVINI Epistola de eodem S. Wicberto. (2) SIGEBERTI libellus de gestis Abbatum Gemblacensium. Post hujus epilogum per Dialogum ad Ecclesiam (Gemblacensem) factum, sequitur: Epitaphium Domini Sigeberti. Sequuntur (3) Pauca de iis quæ à Domino Abbate ANSELMO, vel sub eo sunt adquisita. (4) Carta de consensu duarum Ecclesiarum NUNGELLENSIS & GEMBLACENSIS. (5) Panegyricus libellus de Colberto Abbate. De Mathelmo Abbate. De Thietmaro Abbate. De Liethardo Abbate. De Anselmo Abbate, carminice. (6) Vita S. MACLOVI Episcopi & Confessoris per SIGEBERTUM, constans capit. XXVII. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 131. seq. 30:.

CXXVI. MARTINI POLONI Chronicon. Codex membr. est præstantissimus ac optimæ

planè notæ formâ quartâ, ex quo Petrina ac cæteræ editiones, multum emendari possunt. Scriptus videtur sec. XIV. vel sub initium certe XV. Historia de Joanna Papissa suo loco legitur integra, quæ raro in MStis habetur. Exornatus quoque hic Codex est lemmatibus, oris libri, ab eadem, qua exaratus fuit manu, adscriptis. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 133. seq. 40:.

CXXVII. Volumen forma maj. Descriptum è præstantissimo quodam Codice vet. membranaceo. Complectitur ANDREÆ ad S. Magnum prope Ratisbonam (vulgo Andreæ Ratisponensis) Chronicon universale à Christo nato usque ad annum MCCCCXXXVIII. Accedit in fine à pag. scil. 828. seq: Designatio locorum TERRÆ SANCTÆ, quam MARQUARDUS Baccalaureus Biennensis (f. Viennensis) ad rogatum Conradi Perckhofar, dum Hierosolymæ esset, scripsit de Tabula, quæ pendet in Capella S. Mariæ, quæ est in templo, in quo sepulchrum Salvatoris nostri. Quam designationem idem MARQUARDUS postea transtulit de Latino in Teutonicum. Adjecta denique bulla de RELIQUIIS IMPERIALIBUS, quæ sunt NUREMBERGÆ, ast in fine mutila. 30:.

CXXVIII. Volumen forma max. tantæ scilicet molis ac magnitudinis, ut vix unquam liber majori in chartâ exaratus sit. Id vero continet præcedens ac jam dictum Chronicon ANDREÆ

Monachi

Monachi RATISBONENSIS per *Leonhardum* HEFFT Ayſtettenſem, Civem Ratisb. circa finem ſec. XV. è Latina in Germanicam linguam translatum, paſſim & quidem non leviter auctum. Hactenus inedita verſio. Annexa in fine eſt narratio de CONCILIO CONSTANTIENSI ac BELLO HUSSITICO. Occurrunt in hoc appendice varia Acta Concilii & alia publica. 30:.

CXXIX. Codex chartaceus forma quarta conſcriptus. Chronicon ſiſtit vetus Latinum de ORIGINE THURINGORUM, FRANCONUM atque SAXONUM. Vid. Bibliothecæ Mſtæ Part. IV. col. 154. ſeq. 20:.

CXXX. Volumen chart. forma maj. contextum. In quo (1) Anonymi de HENRICO II. Imp. ac fundato ab ipſo EPISCOPATU BABENBERGENSI hiſtoria, cum Catalogo Epiſcoporum ab Eberhardo uſque ad Georgium à Schaumburg, triceſimum ſecundum ejuſdem Eccleſiæ Præſulem. Scripta hæc hiſtoria videtur circa finem ſec. XV. Preſens vero apographum è vet. Cod. à manu recentiori factum. Inſerta leguntur Bullæ ac diplomata XV. (2) DIARIUM eorum, quæ poſt adventum Legatorum Cæſ. Maj. in rebellione *Thomæ* WIAT & aliorum acta geſtaque ſunt in ANGLIA. (3) Supplicium Illuſtr. atque à Regibus oriundæ Dominæ *Janæ* GREW Illuſtr. Principis Henrici Grevv Ducis Suffolciæ, Marchionis Dorceſtriæ, filiæ primogenitæ, ſumptum in turri Londinenſi,

Menſe Febr. A. D. 1554. adjectâ oratione, quam cum Tabulam conſcendiſſet, ſupplicio afficienda habuit; ac adhortatione, quam ipſa manu propria deſcripſit Anglice in Codicem N. Teſt. Græci, quod Dominæ Catharinæ Gravæ, ſororis ſuæ, dono miſit in mnemoſynon ſui, prid. quam ſubiret ſupplicium. Adjectæ porro ſententiæ admodum piæ & graves, quas in pſalmorum libello M. Patridgii, Domina *Jana* DUDLEJIA manu propria Anglice deſcripſit, Italico charactere elegantiſſimo, tribus horis antequam adiret ſupplicium. Vid. Biblioth. Mſtæ Part. IV. col. 158. ſeq. 16:.

CXXXI. Codex membranaceus ſec. XIV. formâ maj. deſcriptus, exhibens (1) *Lupoldi* de BEBENBURG libellum de Zelo Chriſtianæ Religionis. In fine legitur: Completa eſt hæc præſens compilatio, in Civitate Herbipolenſi, ſub anno Dom. Milleſimo CCC.XLII. (2) *Ejuſdem* LUPOLDI tract. de Juribus Imperii, completus eſt, ut in fine monetur, hic Tractatus, in Civitate Herbipolenſi ſub anno Dom. MCCCXL. in craſtino purificat. beatiſs. Virg. Marie per Dominum *Lupoldum* de BEBENBURG officialem Curie Herbipolenſis. Sequuntur Rubricæ ſive Tituli præcedentis libri. Deinde (3) fragmentum de translatione Imperii Romani in Germanos. Vid. Biblioth. MStæ Part. IV. col. 159. ſeq. 8:.

CXXXII. Volumen forma maj. CHRONICON Civitatis WORMATIENSIS, deſcriptum per Monachum quendam KIRSGARTENSEM. Apographum

graphum ex Mſto vet. Vid. dict. Part. IV. col. 160. ſeq. 4:.

CXXXIII. Volumen formâ maj. TRITHEMII Chronicon Sponheimenſe chartaceum, apographum equidem recentius, ſed optimæ notæ ac edito multo correctius. 8:.

CXXXIV. Codex chartaceus ſec. XV. forma maj. conſcriptus. Hiſtoria (Trojana) compoſita per *Guidonem* de COLUMPNIIS, Meſanenſem, ex dictis antiquorum Auctorum &c. In fine hujus voluminis annexa SIXTI PP. Bulla cruciata. Dat. Rome ad S. Petrum anno Incarn. Dom. MCCCCLXXXI. ſexto Idus Aprilis Pontificatus anno decimo. Vid. cit. Part. IV. col. 164. 3:.

CXXXV. Codex membranaceus forma duod. ſec. XV. exaratus, hunc titulum gerens: Incipit liber Hiſtoriarum Rom. de prima etate uſque ad ultimam & quomodo Roma edificata fuit, & a quibus perſonis. Eſt vero ipſe liber linguâ Italica ſcriptus figurisque quamplurimis exornatus. 4:.

CXXXVI. Membranaceus Codex ſec. XV. forma duod. contextus. In quo varia (1) Hiſtoria REGUM ANGLIÆ ante Monarchiam. (2) Tr. de MATRIMONIO. (3) Libellus de decem præceptis DECALOGI. (4) De STUDENTIBUS. Quid ſit ſtudium neceſſarium de natura & ingenio, de ordine legendi &c. (5) Sermo B. AUGUSTINI ad juvenes. (6) Speculum S. EDMUNDI Confeſſoris (7) MARTINI Epiſcopi

pi Tr. de quatuor virtutibus Cardinalibus, qui dicitur: Formula vitæ honestæ. (8) ALBERTANI Causidici Brixiensis sermo de pauperibus & eleemosynis in festo S. Agathæ. (9) Libellus de TENTATIONE fornicationis, de gratia revelationum, de patientia, de orationis instantia, de caritatis operibus, de obedientia, de humilitate, de pace & concordia. (10) Liber florum collectus de diversis libris S. AUGUSTINI, referens varia ejus dicta in locos, ut vocant, communes digesta. (11) Indiculus constitutionum Pontificalium a S. Petro usque ad Gregorium III. (12) *Aurel.* AUGUSTINUS de beatitudine prædestinatorum. (13) EPITAPHIUM *Richardi* ALEMING Episcopi Lincolnienſis versibus, cum explicatione ejusdem rhythmica, per quendam devotum monachum Carthusiensem. (14) *Roberti* dicti GROSSETEST Episcopi Lincolnienſis ad Innocentium IV. PP. epistola pro eo, quod Ecclesias Anglicanas indebitis & insolitis exactionibus prægravari videret, & quod Nepotulo suo Papa contulisset Canonicatum cum proxima vacatura in Ecclesia Lincolnienſi, quem tamen ROBERTUS admittere noluit, scribens Papæ, se nec velle, nec debere tales admittere, qua de causa ad Curiam vocatus est & excommunicatus & appellavit a Curia Innocentii ad tribunal Christi &c. (15) Excerpta e libro Fr. Minorum Oxon. qui intitulatur: SPECULUM LAICORUM versibus. (16) Libellus de veneno LUXURIÆ & remedio contra eam.

(17)

(17) AUGUSTINUS de Similitudinibus. Vid. Biblioth. Mſtæ Part. IV. col. 164. ſeq. 6:.

CXXXVII. Codex membranaceus ſec. XIV. vel ſub initium XV. forma maj. exaratus. Continet CHRONICON, hiſtoriam potiſſimum COMITUM & NOBILIUM HOLLANDIÆ ſiſtens. Deſunt, quod dolendum, priora duo folia, mirum etiam quod cum Vir quidam doctus cum alio Mſto contulerit hunc Codicem, ac variis eruditis animadverſionibus ornarit, is hunc quoque defectum non ſuppleverit. Incipit hoc Chronicon circa an. Chr. MCLX. ac deſinit in anno MCCCXXXII. conſtans foliis CXXXII. Vid. Biblioth. Mſtæ Part. IV. col. 166. ſeq. 20:.

CXXXVIII. Volumen ſcriptum circa finem ſec. XV. vel ſub initium XVI. forma maj. Continet Anonymi CHRONICON, ſeu hiſtoriam COMITUM FLANDRIÆ uſque ad Philippum de Carolio, Filium Johannis Ducis Burgundiæ ab anno ſcil. Chriſti DCXXI. uſque ad annum MCCCCLXII. Præfixa eſt tabula ſeu ſynopſis, continens indicem Comitum, ſeu ut autor loquitur, Principum Flandriæ, ſubnexa brevi cujuſque hiſtoria. Vid. citat. Part. IV. col. 168. ſeq. 18:.

CXXXIX. Volumen forma quarta. ANNALES Monachi cujuſdam anonymi Fratrum minorum Gandavenſium ab An. MCCXCVI. ad annum MCCCX. ſcripti circa principium An. Dom. incarn.

incarn. MCCCVIII. & ab alia manu continuati. Vid. ead. Part. IV. col. 170. seq. 15:.

CXL. Volumen forma maj. descriptum è vet. quodam codice, qui in celeb. Ecclesiæ cujusdam Belgicæ Bibliotheca asservatur. Habentur in eo (1) Anonymi de Ecclesia, Sanctis ac Episcopis MORINENSIUM historia. (2) Catalogus Abbatum S. BERTINI, authore *Joanne* YPRENSI Abbate. Diversus est ab ejusdem Joh. Yperii (vel ut hic vocatur Yprensis,) Abbatis Chronico Sythiensi S. Bertini, quod summis cum laudibus inseruerunt Tom. III. Thesauri novi Anecdotorum Edmundus Martene & Ursinus Durand. *Lutet. Paris.* 1717. fol. edit. col. 442. seq. Initio concisior est Catalogus historia, non paucis in locis discrepat, ac varia quoque habet, quæ in edita historia frustra quæras. In fine etiam Catalogus hic noster amplior est historia. Cum enim hæc desinat in Eustachio Abbate quinquagesimo quarto, Catalogus usque ad *Anthonium* de BERGIS Abbatem sexagesimum septimum excurrit. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 172. seq. 16:.

CXLI. Volumen forma maj. Habentur in eo varia Historica & Acta publica BELGICA ex Codd. antiquis descripta. (1) BELLUM TRAJECTINUM s. Anonymi historia Belli, quod anno a partu virgineo vigesimo quinto supra sesquimillesimum mense Febr. cœpit. Præmittuntur prolegomena de loci situ, de institutis s. legibus Civitatis, de moribus Trajectinorum &

de

de ordine Magistratus. Accedit in fine: Narratio de Festo AUREI VELLERIS Trajecti celebrato à Carolo V. Imp. ejus Ordinis Præside ipsiusque Ordinis Heroibus an. MDXLVI. annexa descriptione convivii aurei Velleris Heroibus à Cæsare postridie facti, subnexo etiam Catalogo eorum, qui, habita rite electione, aureo Vellere donati hujusque Ordinis Milites creati sunt. (2) Ratio eorum, quæ acta sunt per Deputatos Reverendissimi Domini TRAJECTENSIS in Concilio Provinciali mense Majo an. M. D. tricesimo octavo. (3) Acta coram Wilhelmo Zuermont Canonico Ecclesiæ S. Joh. Trajectensis Iudice Commissario &c. inter Decanum & Capitulum S. PETRI TRAJECTENSIS actores & Dn. *Gyselbertum* de NYENROODE Militem Diœceseos Trajectensis reum, super Jurisdictione, censu & decimis grossis & minutis de Brohelreveen &c. (4) ANNIVERSARIUM Ecclesiæ S. SALVATORIS TRAJECTENSIS vulgo Oudemunster ad illustrandas Genealogias & historiam Belgicam utilissimum. Adjecta sunt diplomata. (5) ANNIVERSARIUM VALLIS S. MARIÆ prope Trajectum non minoris utilitatis. (6) Anonymi observationes Genealogicæ miscellaneæ de nonnullis FAMILIIS illustribus Belgicis, lingua Belgica. (7) Anonymi Viri Docti de præsenti bello & oblata (ab Hispanis) pace deliberatio gravis. Vide Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 174. seq. 12:.

CXLII.

CXLII. Liber emortualis ſeu memorialis (ut paſſim in ipſo Codice vocatur,) Monaſterii Vallis Pacatæ ſeu Pacis prope Ultrajectum. Continet nomina ac dies emortuales Patronorum, Benefactorum ac aliarum perſonarum illuſtrium ad Genealogias potiſſimum Belgicas utiliſſimus. Codex eſt perantiquus cœptusque videtur ſec. XIV. vel initio ſec. XV. ac ad finem XVI. continuatus. Forma ſcriptus eſt, quam quartam vocant. Vid. ead. Part. IV. col. 177. 6:.

CXLIII. Codex membranaceus forma maj. præcedenti ſimilis. Eſt enim liber memorialis ECCLESIÆ ANGELORUM, Monachorum Ordinis Carthuſienſis, Civitatis HERBIPOLENSIS, complectens nomina Patronorum ac Benefactorum ejuſdem. Recentior tamen videtur ac ſec. demum XV. cœptus. In fine legitur ALEXANDRI VII. PP. Bulla Indulgentiarum conceſſarum Altari SS. Trinitatis ſupradictæ Eccleſiæ Angelorum. Dat. Romæ MDCLXVI. 4..

CXLIV. Codex membranaceus formâ quartâ, continens duplicem hiſtoriam WILHELMI Marchionis NARBONENSIS, utramque rhythmis vet. Germ. ſcriptam. Prioris auctor eſt Ulrich *von dem* URLIN, poſterioris *Wolframus* ab ESCHENBACH, quamvis Ulricus Wolframi hiſtoriam continuarit, vel potius adauxit & illuſtravit, ut ex proœmio patet. Vid. Biblioth. Mſtæ Part. IV. col. 178. 12:.

CXLV. Codex membranaceus ſec. XIV. vel initio XV. forma quarta ſcriptus. Continet fragmenta

ta historiæ rhythmicæ WILHELMI Brabantici. Vid. l. c. col. 179. 8:.

CXLVI. Volumen chartaceum forma maj. scriptum, *das Buch* TANDARYOS *und sezt von Kunig* ARTHUS *Hofe*. Fabula, ut vocant, Romanensis est, rhythmis Germanicis lepidissimis exarata MCCCCLX. Vid. ead. Part. IV. l. c. 10:.

CXLVII. Chartaceum volumen ejusdem cum præcedente ætatis ac commatis, forma maj. contextum: *die Historie von MELUSINA, zu Eren und zu Dienste des edlen und wohlgebohrnen Herrn Marggraf Rudolph von Hochberg, Herrn zu Rœteln und zu Sussenberg, uss Walscher Zungen zu Tutscher Zungen gemacht und translatiert.* 8..

CXLVIII. Volumen chartaceum sec. XV. forma maj. conscriptum, continens præter vet. Formulas, varia Acta publica, inprimis MOGUNTIACA, dissidium illud inter DIETHERRUM & ADOLPHUM NASSOVICUM potissimum concernentia, Num. LXIX. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 180. seq. 16:.

CXLIX. Volumen seculo decimo sexto formâ quartâ scriptum, exhibet ACTA varia PUBLICA & alia Juridico-politica ad Ducatum GELDRIÆ potissimum spectantia. Vide sis contenta l. c. col. 184. seq. 9:.

CL. Codex membranaceus circa finem sec. XV. forma maj. scriptus. Continet vero, ut Titulus præfixus habet, privilegia ORDINIS Fratrum TEUTONICORUM Hierosolymitanorum, seu

ut in præfixa JULIANI Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis epistola declaratoria sive attestato vel recognitione plenius dictum : Literas Apostolicas , munimenta , concessiones , privilegia & indulta diversorum summorum Pontificum &c. Seriem contentorum Num. CXIII. habes in ead. Part. IV. col. 188. seq. 15:.

CLI. Volumen chartaceum sec. XV. forma octava exaratum, in quo (1) FORMULARE, seu Formulæ ex Archivo Civitatis Norimbergensis. Præmittitur quoddam, ut vocant, Titulare. Præstantiorum litterarum syllabum. Vid. in ead. Part. IV. col. 193. seq. (2) Præcepta Rhetorica Latina. 3:.

CLII. & CLIII. Duo rotuli membranei authentici Actorum Abbatum ERHARDI & PETRI in ALTACH inferiori, Diœceseos Passavienſis, in Curiis Imperatoris & Principis Alberti Comitis Palatini & Ducis Bavariæ contra Nobiles de DEGENBERG An. MCCCCXLIV. seq. appensa sunt sigilla in cerâ rubra. 4:.

CLIV. Codex membranaceus, complectens privilegia, donationes, jura, possessiones, officia &c. Episc. TRAJECTENSIS, ad Ecclesiam B. Petri potissimum spectantia Num. CCLXI. Scriptum est volumen forma maj. sec. XIV. vel initio sec. XV. Præfixa Officii Curiæ Trajectensis autoritas ac decretum, ut hoc transumptum transcriptum sive exemplar fidem habeat & facere possit, ubilibet in judicio & extra, sicut originales litteræ hoc volumine contentæ. Vid.

Biblioth.

Bibliothecæ Mstæ Part. IV. col. 194. seq. 25:.

CLV. Codex membranaceus sec. XIV. forma maj. conscriptus, continens STATUTA & PRIVILEGIA Ecclesiæ TRAJECTENSIS, collecta ab *Hugone* VUSTING, Presbytero Canonico ejusdem Ecclesiæ ad rogatum *Henrici* de JUTPHAES Decani & Canonicorum suorum. Seriem hoc in volumine contentorum lege in ead. Part. IV. col. 212. seq. 20:.

CLVI. Volumen formâ quartâ, exhibens PRIVILEGIA, Donationes & alias Chartas ECCLESIIS BELGICIS concessas, conlectas sec. XV. In libri integumento à recentiori manu hic Titulus inscriptus: Liber copiarum diversorum bonorum, Ecclesiarum Hollandiæ, Gelriæ & Territorii Trajectensis. Syllabum contentorum Num. LXVI. habes in ead. Part. IV. col. 215. seq. 18:.

CLVII. Volumen formâ quartâ, in quo (1) CONVIVIUM (h. e. Leges Convictus) S. KANUTI Regis in Ecclesia B. Albani Othensiæ à propriis suis subditis martyrisati. Hoc est statuta convivii S. Kanuti, quæ dicuntur SKRA per magnif. Principem D. Waldemarum Regem & alios suos successores confirmata antiquis temporibus. Hæc statuta bis occurrunt in hoc volumine ex diversis Codicibus vet. descripta. Adjectæ etiam posteriori apographo notæ quædam marginales. Indicem capitum exhibet cit. Pars IV. col. 219.

seq. (2) Alia statuta SKRA CONVIVII S. KANUTI RYNGSTADIENSIS &c. Vid. l. c. 3:.

CLVIII. Volumen forma maj. In quo (1) *Laurentii* VALLÆ de lingua Lat. ejusque elegantia libri sex. *Lugduni* MDXII. typis quidem exscripti, manu tamen Viri docti illustrati. (2) HORATII Flacci Epistolarum (addit Codex: Moralium) liber primus manu descriptus sec. XV. Anonymi notis uberrimis ornatæ sunt nonnullæ harum epistolarum. (3) *Johannis* à SACROBUSCO opus sphæricum figuris, lemmatibus ac annotationibus Viri Eruditi auctum. 8:.

CLIX. Codex membranaceus sec. XV. forma maj. scriptus, LEXICON etymologicon LATINO-GERMANICUM ex HUGUCIONE & aliis compilatum. 12:.

CLX. Codex membranaceus forma octava maj. CORNELII NEPOTIS vitæ. Vide Biblioth. MStæ Part. IV. col. 220. seq. 10:.

CLXI. Membranaceus Codex sec. XV. forma quarta scriptus, complectens (1) *M. Tullii* CICERONIS de legibus libros tres. (2) EJUSD. de natura Deorum Lib. IV. (3) EJUSD. de Divinatione Lib. II. (4) EJUSD. de fato librum. (5) EJUSD. de mundo librum. (6) EJUSD. Somnium Scipionis. (7) Fragmentum Academicorum *ejusdem* CICERONIS. Instructum hoc volumen in oris non solum lemmatibus, sed variis etiam lectionibus. 15:.

CLXII. Codex forma quarta maj. membraneus nitidissimus ejusdem cum præcedente ætatis. VIR-

GILII

GILII opera, continens videlicet: (1) BUCOLICA. (2) Libros Georgicorum, quibus OVIDII Naſonis, ſumma ut dicitur præfixa. (3) Æneidos libros, quibus etiam ſynopſes verſibus præmittuntur, nulla tamen auctoris facta mentione. In fine denique legitur (4) MARONIS epitaphium ſibimetipſi, ut dicitur, factum. 15:.

CLXIII. Membranaceus Codex ſec. XV. forma octava, maj. ſcriptus. Habentur in eo P. VIRGILII Bucolica. Adjecta in fine quædam de ACCENTIBUS. 8:.

CLXIV. Ejuſdem formæ Codex membr. ſec. XIV. exaratus exhibens VIRGILII Æneidos Lib. II. uſque ad VI. Tantum ſcilicet Vulcani faucibus eripere potui: priorem vero ac poſteriores libros Piſtor ſpiris coquendis ſuppoſuerat, à quo præſens fragmentum cum aliis Miſtis (quæ pro chartis rejectaneis coëmerat) redemi. Plurimas habet hic optimæ alias notæ Codex annotationes interlineares, ut vocant, & marginales. 8:.

CLXV. Codex ejuſdem ætatis formâ quartâ minori, exhibens OVIDII epiſtolas Heroïdum, notis quoque uberioribus inſtructus. 9:.

CLXVI. Volumen Chartaceum ſec. XV. forma quarta contextum, continens (1) OVIDIUM de arte amandi. (2) Ejusd. de remedio amoris. (3) HOMERI Iliadem carmine Latino redditam. (4) VITALIS BLESENSIS Getam carmen. Vid. Biblioth. Miſtæ Part. IV. col. 222. ſeq. 10:.

CLXVII. CLAUDIANUS. Cod. membr. optimæ notæ sec. XIV. forma octava maj. exaratus. 12:.

CLXVIII. Ejusdem tum formæ, tum ætatis Codex *Claudii* STATII membraneus, notis interlinearibus ac marginalibus illustratus. Dono olim Jo. de Trittenheym Abbati Spanheimensi à Jacobo à Slettstat datus. 15:.

CLXIX. Codex membranaceus sec. XV. forma quarta scriptus, complectens *ejusdem* STATII libros Achilleidos, initio annotationibus quoque interlinearibus instructos. 12:.

CLXX. Volumen charta ceum sec. XV. contextum forma quarta. In eo occurrunt: (1) HOMERI Iliadum opus, ut inscriptio habet, per PINDARUM Thebanum è Græco in Latinum traductum. (2) EVANGELIA & EPISTOLÆ in Diebus Dominicis ac Festis recitari solita. (3) De *Ypsilon* PYTHAGORÆ carmen VIRGILIO adscriptum. (4) PASSIO Christiana heroico carmine scripta. (5) SEDULIUS Poëta de prærogativa diei sexti & canticum Paschale. (6) Lentuli epistola de Christo. (7) Dominicæ resurrectionis historia metrice scripta. (8) Aliud carmen sapphicum endecasyllabon tetrastrophon in resurrectionem Christi. (9) Epistola de Festo Trinitatis. (10) *Joh. Sulpitii* VERULANI de moribus puerorum, præcipue in mensa, servandis carmen. (11) De HOROLOGIO MANUS carmen. (12) B. THOMAS de modo studendi. (13) *Æneæ* SYLVII de illuminati intellectus nobili-

bilitate ad Uladislaum Ungariæ & Bohemiæ Regem conscripta epistola. (14) CARMINA quædam Sacra. (15) ARISTOTELIS libri œconomicorum Latinè. (16) De Adventu JEsu Christi carmen, 5:.

CLXXI. Volumen chartaceum sec. XV. forma maj. scriptum, HYGINI Poëticon Astronomicon, cum figuris, fistens. 6:.

CLXXII. Fragmentum recentius VOLUSII scil. METIANI de distributione, vocabulis ac notis partium in rebus pecuniariis, pondere, numero ac mensura. Forma maj. scriptum. 3:.

CLXXIII. Vol. quart. Codex membranaceus sec. XV. exaratus, PLINII Secundi epitome per *Rodbertum* CRIKELADENSEM, ast, quod dolendum, non integra, deficientibus scilicet ultimis libris. *Marcus* MEIBOMIUS, è cujus Bibliotheca una cum aliis quibusdam Mstis comparavit Frater, nuncupatoriam CRIKELADENSIS ad Henricum II. Regem Angliæ ac præfationem, sua manu, ex alio quodam Codice, adscripsit. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 225. seq. 8:.

CLXXIV. Vol. octav. membranaceum, in quo (1) Faleſii Franciſci à BURGUNDIA epiſtola congratulatoria (ſatis prolixa) ad Sereniſs. Principem Hiſpaniæ Philippum, qua anni unius fere iter ipſius obiter continetur. (2) Ejusd. ad eundem Philippum Reg. Ode dicolos diſtrophos, & epigramma ad Lectorem. (3) GREGORII THEOLOGI ſententiæ, Jamb. è Græco. (4) SENARII PROVERBIALES ex Poëtis Græcis

collecti, & in Latinum idioma traducti. (5) *Aurea* PYTHAGORÆ carmina è Græco. (6) *Ejusd.* F. F. à BURGUNDIA epigrammata aliquot ad eundem Sereniss. Principem Philippum de Regibus Rom. &c. (7) Periocha expeditionis Africanæ Tunetensis EODEM Authore. (8) Exhortatio ad studium ad eund. Philippum Reg. EOD. Authore. (9) Alia quædam epigrammata *eodem* F. F. à BURGUNDIA Auctore. Vid. l. c. col. 226. 8:.

CLXXV. Vol. Fol. sec. XV. exaratum, in quo (1) *Mafeii* VEGII Landensis, Datarii Apostolici, de educatione Liberorum & eorum claris moribus libri sex. (2) CYTHAROEDUS, seu Cythara morum aut Lyra Philosophorum, liber moralis. Vid. cit. Part. IV. col. 229. 4:.

CLXXVI. Vol. forma octava maj. Codex in membr. sec. XV. nitidissime scriptus, continens varia excerpta Philosophico-politico-moralia &c. ex autoribus vet. Græcis & Latinis in linguam Italicam traducta. Adjectis in fine Geographicis per *Petrum* HIPPOLYTUM Lunensem, Candelæ nomini & nomine inscripta. Titulus cœruleis & aureis litteris præfixus hic est: Questo libro e quale se intitula: CANDELA VIRTUTUM contene sententie electissime de diversi Autori recolte e vulgarizate da *Petro* HIPPOLITO LUNESE al Magnifico Liberalissimo e magnanimo Misser CANDELA cultore e splendidissimo Sacrario de ogni virtu &c. Vid. biblioth. Mstæ. Part. IV. col. 230. seq. 8:.

CLXXVII.

CLXXVII. Forma octava maj. Volumen scriptum Physico-Philosophicum Itali cujusdam CICCI de EXULO vel CICCI d' ASCULO dicti. Mistum Poëticum versibus Hetrusco sermone compositis argumenta tractans partim ad Astronomiam & Physicam, partim ad Ethicam spectantia &c. Vid. dicta Parte IV. col. 234. seq. 7:.

CLXXVIII. Forma quarta Codex membranaceus sec. XV. exaratus, continens PETRARCHÆ opera Poëtica, Italica lingua. 8:.

CLXXIX. Forma maj. Codex membranaceus nitidissimus sec. XV. pereleganter scriptus, coloribus atque auro distinctus. Continet POEMA lingua Italica, sistens historiam Troili & Chryseidæ Romanensem, cui PHILOSTRATI titulum Auctor fecit, quod ex inscriptione & fine prologi patet. Vid. ead. Parte IV. col. 236. seq. 10:.

CLXXX. Volumen formâ quartâ, continens MYTHOLOGI vet. Fabulas XCIV. facetis rhythmis Germanicis expressas, quarum LI. priores à Viro Cl. *Jo. Georg.* SCHERTZIO ICto ac Prof. Argentorat. ad modum disputationum moralium ac polit. propositas ac typis exscriptas & cum ipso Codice vetusto à Dno SCHERTZIO benivolè concesso contuli, reliquas vero fabulas per Amanuensem sedulo describi curavi. Plura de hoc Mythologo. Vid. in ead. Part IV. col. 237. seq. (2) In hoc volumine habetur Gnomologia sub tit. FRIDANCK. Vid. l. c. (3) Aliud poëma Latino-Germanicum, quod ex Codice

Codice vet. membr. Bibliothecæ Argentoratensis describi fecit supra dictus Dn. SCHERTZIUS. Hoc quoque FRIDANCK inscribitur, sed à præcedenti differt, licet iisdem fere verbis ordiatur. Varias complectitur sententias morales. In fine legitur explicit Fridangus completus per *Walter* de ENGEN in vigilia exaltationis S. Crucis 1385. Vid. l. c. 10:.

CLXXXI. Volumen chartaceum forma maj. Exhibet Parabolas vet. rhythmis Germanicis non inelegantibus conscriptas initio sec. XIV. auctore *Hugone von* TRYMBERG. Vid. Biblioth. Mistæ Part. IV. col. 244. seq. 12:.

CLXXXII. Volumen chartaceum forma maj. sec. XIV. vel initio XV. scriptum, continens Parabolas Theologico-morales cum figuris quamplurimis ac affabrè satis pictis. Vitæ scilicet humanæ miseriæ in peregrinatoris persona adumbrantur. Unde etiam MENSCHLICH BEEDEFART inscribitur liber. Vid. cit. Part. IV. col. 247. seq. 12:.

CLXXXIII. Forma maj. Codex vetus, cui titulus: SCHACHZABEL h. e. Ludus Scacchorum. Exhibet vero sub hujus Ludi regulis varias Parabolas, historias ac præcepta Politico-moralia, è libello Lat. *Jac.* de THESSALIA ab anonymo desumta ac rhythmis facetis Germanicis descripta, seculi decimi quarti initio. Volumen variis figuris, pro seculi ruditate, ridiculis ornatum. Rubrum sonat hoc modo: *Hie vohet sich an dis Buches*

Buches Capitel, das do heisset der Schachzabel &c. Vid. ead. Part. IV. col. 249. seq. 10:.

CLXXXIV. Volumen forma octava membranaceum initio sec. XV. scriptum. Titulum præfixum hunc habet: Occultus a Magistro de BIBRA compositus &c. est faceta satis in Civitatem Erfordiensem satyra carminica. Vid. ead. Part. IV. col. 253. 5:.

CLXXXV. Maximæ formæ liber, ut majorem in chartâ scriptum vix reperias, figuris CXCVII. pro ætate, qua exaratus est, ingeniosissimis ornatus ac coloribus distinctus. Sistit historiam LOTHARII Regis Caroli M. Filii, Fratris Ludovici Pii, more ac stylo fabularum Romanensium scriptam. Illustrissimos plane auctores habet hoc volumen, conscriptum nimirum à MARGARETHA Ducis Frid. LOTHARINGIÆ uxore & ab horum filia ELIZABETHA Lotharingica Comitis NASSOVIÆ vidua è Gallico in Latinum sermonem translatum. Vid. Biblioth. Mstæ Part. IV. col. 253. seq. 16:.

CLXXXVI. Ejusdem plane commatis ac præcedens Codex est, eadem quoque, ut videtur, manu atque Auctoribus Illustrissimis eodemque tempore exaratus. Continet historias duas unam de HUGONE CAPETO, Huge Scheppel dicto, alteram de CAROLO & SYBILLA ejus uxore Franciæ Regibus, figuris etiam similibus ornatus atque instructus est præsens liber, ast non ita multis. 12:.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MSTÆ COMPENDIARIÆ PARTIS PRIMÆ SECTIO QUINTA,

continens

Theologica MSta.

I. VOlumen formâ quartâ, PSALMI nonnulli Davidici ac alia Sacra, lingua ac versibus Lusitanicis expressa per varios auctores. Vid. Biblioth. Mstæ. *Halæ* 1720. typis exscriptæ Part. V. col. 255. 4:.

II. Volumen formâ octavâ ECCLESIASTICUS JEsu SYRACIDIS Latino carmine donatus ab Anonymo. Vid. ibid. 2:.

III. ECCLESIASTES nova versione Germanica & vario carminis genere redditus à *Philipp. Lud.* à BIRGHDEN J. V. L. Francofurtensi. Volumen forma quarta. 3:.

IV. Vol. formâ quartâ oblongâ PROVERBIA SALOMONIS similibus ac versibus Belgicis expressa: Proverbia Salomonis *met Gelyckenissen uyt gedruckt*. An. 1632. liber singulari plane elegantia scriptus. 2:30.

V. Volumen forma octava. Anonymi summaria ac divisio PENTATEUCHI, subnexis argumentis

mentis, ex ipsis libris Moysis desumptis. 1:45.

VI. Volumen forma quarta *D. Mart.* LUTHERI liber de consolatione hominis Christiani in adversitatibus. *Ein tröstlich Büchlein* &c. autographum FRIDERICO Duci Saxoniæ à B. Luthero oblatum. 4:.

XXXIV. Quart. Occurrunt in illo (1) *Jo.* THELEGEDI rudimenta priscæ HUNNORUM seu SICULORUM linguæ, brevibus quæstionibus ac responsionibus comprehensa nunc in gratiam R. ac Cl. *Conradi* DIETERICI, SS. Theol. D. Eccles. Ulmanarum Superintendentis, descripta per *Ladislaum* M. S. ZANCHII Ungarum. Præfixa *Jo.* DECII BARONII ad Jo. Thelegedum de eadem lingua epistola, data ex Foro Siculorum die 5. Martii 1598. in fine autem accedit ORATIO DOMINICA & SYMBOLUM APOSTOLICUM eadem linguâ ac miris plane characteribus descripta. (2) Anonymi GRAMMATICA SYRIACA brevis ad methodum Schickhardianam adornata, indicans tantummodo in quibus Syri ab Ebræis dissident. (3) *Balthas.* STOLBERGII Prof. Witeb. critica de interpretatione S. Scripturæ in epitome contracta à M. *Jo.* SALTZMANNO Argentoratensi. (4) *Dan. Georgii* MORHOFII de imitatione & lectione Ciceroniana lib. (5) Epitaphium Dom. *Jo.* GEILERI ex KEISERSPERG, S. Theol. Doct. & Argentorati quondam Concionatoris excellentissimi, per *Jo.* BOZHEIM D. Ecclesiæ Cathe-

dralis Constantiensis Canonicum. (6) Anonymi liber de CARMINIBUS, quæ MADRIGALIA vulgo vocantur : *Bericht von der Arth und Eigenschafft eines Madrigals.* Adjecta in fine XXXIII. horum carminum specimina. (7) DRAMA ACIS inscriptum, versibus Germanicis redditum. (8) Carmen Alexandrinum in natalem CAROLI Electoris PALATINI : *Alexandrinisches Fürsten-Lob, oder glückwünschendes Frolocken* &c. (9) Anonymi Commentarius in CICERONIS de Oratore Dialogos, seculo, ut videtur, decimo sexto scriptus. (10) SALZMANNORUM *Jo. Lud.* & *Jo. Philippi* Orationes aliquot & Epistolæ. 4 :.

XXXV. Quart. Sistit spissum hocce volumen ADAGIA LATINO-GERMANICA ex priscis ac recentioribus Auctoribus per Anonymum selecta & serie Alphabetica digesta. 3 :.

XXXVI. Quart. Anonymi THESAURUS ELOQUENTIÆ POETICUS, sub variis titulis serie alphabetica digestis, exhibens elegantiores sententias, descriptiones ac phrases ex optimis non modo vet. sed recentioribus etiam Poëtis præstantioribus collectas. 2 :.

XXXVII. Quart. *Jo. Frid.* GRONOVII notæ Critico-Historico-Politicæ in C. *Cornelii* TACITI historias. 2 :.

XXXVIII. Quart. Ejusd. in T. LIVIUM annotationes criticæ. 2 :.

XXXIX. *Jo. Georgii* GRÆVII annotationes Critico-Historicæ in JUSTINUM. 2 :.

XL. Quart.

XL. Quart. *Ejusd.* GRÆVII Notæ in OVIDII metamorphosin. 2:.

XLI. Quart. in quo (1) anonymi Commentarius in PLUTARCHI libellum περὶ παίδων ἀγωγῆς scriptus An. 1606. (2) *Idem* in HESIODI Ἔργα καὶ ἡμέραι. (3) EJUD. Exegesis in capita pietatis & religionis Christianæ à *Joach.* CAMERARIO versibus Græcis comprehensa an. 1602. 1: 45.

XLII. Quart. Spissum hoc volumen exhibet (1) Anonymi LEXICON REALE, sistens ex omni disciplinarum genere rerum definitiones ac verborum technicorum explicationes serie alphabetica digestas, MDCLXXVI. Dolendum vero alteram operis partem periisse, præsens enim nonnisi ad lit. H. excurrit. Continet tamen hæc MMDCCCCLX. articulos. Subjectus Index vocum in toto opere contentarum integer, hoc modo adornatus, ut indicetur ad quodnam disciplinarum vel doctrinarum genus quælibet vox pertineat. (2) Theologi cujusdam anonymi excerpta, ut vocant, realia è Sacro vet. Test. Codice, sub certos titulos ordine alphabetico congesta. 4:.

XL-XLIII. Octav. maj. quator hæcce volumina præbent LEXICON anonymi, viri sane docti REALE ac CRITICUM, in quo Antiquitates ac prisci Authores potissimum illustrantur. 6:.

XLIV. Octav. PHRASEOLOGIÆ ex Doctorum inprimis Virorum EPISTOLIS ab anonymo conlectæ. 1: 30.

XLV. Octav. M. *Jo.* VALENTINI, Rectoris Gymnasii Francofurtensis ad Mœnum, versio Bucolicorum VIRGILII Germanica. Adjecta in fine Origines vocabulorum propriorum & quorundam appellativorum ex iisdem Eclogis serie Alphabetica conlectæ. 1:.

XLVI. Octav. Exhibens (1) Tyrocinium LATINÆ & SLAVONICÆ linguæ, ex optimis quibusdam auctoribus collectum & in capita digestum, Auctore *Jo.* LUCANO Labacensi Carniolano MDCII. (2) Anonymi observationes ad LINGUAM GALLICAM de recto temporum usu: *Von dem rechten Gebrauch derer* Temporum. (3) M. A. R. Florilegium epistolicum. 2:.

XLVII. Octav. Sistit spissum hocce volumen adparatum ad linguam ARABICAM M. *Jo.* ZECHENDORFII, Viri in Orientalibus versatissimi. Primo loco comparent circuli conjugationum ad linguas Hebr. Chald. Syriac. & Arabicam, in Tabulâ impensis ZECHENDORFII in æs incisâ 1626. expressi. (2) Ejusd. ut videtur, LEXICON Lat. Arabicum è Psalmis, continens serie alphabetica omnes Psalmorum voces Lat. Arabicas, manu elegantissima descriptum. (3) GRAMMATICA ARABICA. (4) SENTENTIÆ & dicta S. SCRIPTURÆ ARABICO-LATINÆ. (5) Coronis de POESI vel metrica ratione in genere & ARABICÆ linguæ propria. 5:.

XLVIII.

XLVIII. Quart. in quo (1) Anonymi Introductio ad POESIN GERMANICAM. (2) Ad ARISTOTELIS Rhetoricorum libros Commentarius incerti auctoris. 1:45.

XLIX. Quart. Anonymi liber de ratione conscribendarum EPISTOLARUM secundum Præcepta Rhetorices, ex optimis dicendi auctoribus collectus & exemplis perspicuis illustratus CIↃ IↃ CVI. 1:30.

L. Quart. *Henrici Güntheri* THULEMARII exercitium epistolicum. 1:30.

LI. Octav. in quo (1) insignium aliquot GREGORII NAZIANZENI sententiarum explicatio, Authore, uti videtur, *Nathanaele* CHYTRÆO, Rectore Gymnasii Bremensis, cujus sunt reliqua videlicet (2) in dicta & facta SOCRATIS memorabilia vel primum & secundum Xenophontis de iisdem librum annotationes, 1594. 1:45.

LII. Octav. VIRGILII libri Æneidos in linguam Germ. versi, interprete *Jo.* VALENTINI, Gymnasii Francofurtensis Rectore. 1:.

LIII. Octav. Ad JUSTINUM Observationes Politico-Historicæ anonymi. 1:.

LIV. Duod. Anonymi Nucleus PLAUTINUS, h. e. Phrases & sententiæ Plautinæ notatu dignæ. 1:.

LV. Octav. in quo (1) *Jo.* VALENTINI sententiarum, ex priscis & recentioribus auctoribus, collectio. (2) EJUSD. ADAGIORUM selectio-

rum Latino - Germanicorum aliquot Decades. 1: 30.

LVI. Octav. *Jo.* FICHARDI junioris exercitamenta Rhetorica, an. MDXXV. ætatis anno XIII. tam elegantia, ut inter ingenia præcocia merito sit numerandus hic Fichardus, JCti præstantissimi filius haud degener. 1:.

LVII. Octav. SENTENTIÆ & monita politica, civilia &c. excerpta ex L. Floro, C. Salustio, C. Vellejo Paterculo, Q. Curtio Rufo, Justino &c. 1:.

LVIII. Octav. SENTENTIÆ variæ ac PROVERBIA, ex priscis auctoribus ac jure, tum civili, tum Canonico, ab anonymo auctore collectæ. 1:.

LIX. Oct. in quo (1) *M. Jo.* MEELFUHRERI Culmbacensis institutio S. HEBREÆ linguæ, MDXCVI. (2) Compendium EBRAICÆ GRAMMATICÆ, cui subjungitur Dictionarium Hebraicum à M. *Anthonio* REUCHLINO Latinitate donatum, collecta omnia à *Luca* OSIANDRO D. & Witebergæ typis Cratonianis 1589. oct. edita. In fine autem Dictionario annexus est Index Latinus copiosissimus MStus. 1: 30.

LX. Quart. in quo (1) *Jo Georgii* GRÆVII notæ in C. Corn. TACITI annales. (2) Anonymi ad Q. HORATII carmina lectiones erotamaticæ, cum calligraphia poëtica. (3) Excerpta & collectanea varia &c. 2:.

LXI. Quart. in quo varia (1) *Cunr.* RITTERSHUSII in Epistolam AMPHILOCHII Episcopi Ico-

Iconii ad Seleucum notæ. (2) WILLERAMI, ut titulus habet, Abbatis olim Eberspergensis, in Cantica Salomonis mystica explanatio per *Menradum* MOLTHERUM in lucem restituta. Adjecta est ex Spanhemensi Autoris vita, qui sub Henrico III. anno MLXX. floruit. Ast nonnisi sequentia hic comparent I. ad Cl. Virum Chuonradum Peutingerum, Patritium Augustanum, *Menradi* MOLTHERI epistola, Heidelbergæ, pridie Cal. Dec. anno à JESU nato 1528. scripta. II. Carmen dedicatorium VUILRAMI Abbatis ad Henricum Regem. III. Ad Salomonis & sponsæ depictas imagines distichon. IV. Prologus WILRAMI Abbatis in Canticum Canticorum. V. VITA WILLERAMI ex libro *Jo.* de TRITTENHEIM de Ecclesiasticis scriptoribus. Ipsa vero Willerami in Cantica Salomonis explanatio deficit. (3) *Augusti* BUCHNERI in T. Livii Histor. lib. primum annotationes Historico-Politicæ, 1649. (4) Ejusd. In vitam T. Pomp. Attici, *Corn.* NEPOTIS, notæ similes, ast in fine mancæ. (5) Annotationes quædam Historico-Politicæ *Matthiæ* BERNEGGERI manu scriptæ. (6) *Jo. Andr.* BOSII in C. *Corn.* TACITI libellum de vita Julii Agricolæ notarum spicilegium & axiomata politica, MDCLXII. (7) *Christiani Friderici* FRANCKENSTEINII notæ in C. *Corn.* TACITI Germaniam. (8) Anonymus de *Bello Julii* CÆSARIS & Arioviști ad Cæs. de Bello Gall. lib. 1. cap. 30. seq. (9) Versio epistolæ HIP-

POCRATIS ad Damaget. in linguam Gallicam : *Traduction d'une lettre d'Hippocrate à Damagette, sur la visite qu'il rendit a Democrate, dans le temps de sa Deputation a Abdere, ou l'on voit ses sentiments touchant l'autheur de la Nature & les Religions, qui nous engagent a des devoirs envers Dieu.* (10) *Jo. Henr.* BOECLERI observationes Politico-Historicæ ad TACITI annales, autographæ. 4:.

LXII. Octav. *Jo. Henr.* BOECLERI notæ variæ historico-politico-criticæ in T. LIVIUM, SUETONII Cæsares, SALLUSTII orationes, *Q.* CURTIUM Rufum & THUCYDIDEM, autographæ, ast, quod dolendum, mutilæ. 1:45.

LXIII. Octav. In quo (1) *Matth.* BERNEGGERI Epistolæ CICERONIS ad Q. Fratrem primæ analysis Critico-historico-politica. Autogr. (2) Ejusd. ad *Jul.* CÆSAREM de bello Gallico annotationes. (3) *Jo. Henr.* BOECLERI in officia Ciceronis prædia. Autographum, ast mancum, cum nonnisi ad Cap. XV. libri primi excurrat. (4) Lectiones variæ ad historicum quendam vet. 1:60.

LXIV. Octav. Complectens (1) *Jo. Henr.* BOECLERI in *C.* TACITI annales annotationes. (2) Ejusd. ad libros Historiarum TACITI notas. (3) *Ejusd.* BOECLERI ad LIVIUM annotata. Omnia propria ipsius manu descripta. 2:.

LXV. Fol. Continens (1) *Jo. Henr.* BOECLERI animadversiones historico-Philosophico-Criticas in OVIDII Metamorphoseos libros. (2)

Ejusd.

Ejusd. notas ad *Julii* CÆSARIS de bello Civili commentarios. (3) *Ejusd.* BOECLERI librum memorialem lectionum in JUSTINUM. 3:.

LXVI. Forma max. in *Cl.* PTOLEMÆI Geographiam index universalis alphabeticus, maximâ diligentiâ confectus, anno à nativitate Christi MDCXXXIX. *Matthiæ* BERNEGGERI manu propria. 3:.

LXVII. Quart. Complectens *Udalrici* ZASII JCti Cl. opuscula varia. Occurrunt enim in eodem (1) Ejusd. in Rhetoricam CICERONIS ad Herennium Commentarii amplissimi atque doctissimi. (2) Ejusd. ad *Thomam* . . . . epistola, contra tropicam ZVINGLII & OECOLAMPADII de S. Cœna doctrinam. (3) Ejusd. Orationes nonnullæ, videlicet I. Oratio legalis seu in laudem Jurisprudentiæ prima. II. Altera post Caniculæ ferias Friburgi habita. III. Oratio funebris Illustrissimæ Blancæ Mariæ Conjugis Cæsareæ. IV. Oratio habita in legum præconia, post ferias æstivas. V. Oratio in æde sacra B. Virginis habita, cum *Franciscus* PAULI ad Doctoris insignia promoveretur. VI. Oratio ZASII, tum Decani, pro Clariss. Viro D. *Joanne* PALUDANO, dum ei facultas petendi insignia concederetur. VII. Oratio, habita in Decanatu. dum D. Georgio SCHMOZERO insignium petendorum potestas conferretur. VIII. Nova ZASII in laudem legum oratio, Friburgi habita. IX. Alia in earundem laudem, cum post ferias æstivas lectiones ordinarias auspicaretur, Friburgi frequentis-

simo ejus auditorio habita. X. *Ej. Udalrici* ZASII mixto genere oratio, Friburgi post vacationes ab ordinariis lectionibus habita, in qua & sui purgationem adversus locutulejos quosdam adducit & legum eminentiam prædicat. XI. Nova oratio de laudibus legum, Friburgi in magno auditorum cœtu dicta. XII. Oratio cum insignia Doctoreæ Dignitatis per D. Udalricum Schinozerum, Judicem Basileensem, reciperentur, habita. (4) *Guil.* BUDÆI ad *Udalricum* ZASIUM de commentario ejus in legem alteram de origine juris Epistola, scripta Parisiis octavo Cal. sextiles. (5) *Udalrici* ZASII apologetica satis prolixa ad præcedentem BUDÆI. Dat. ex Friburgo, Calendis Septembribus an. XIX. (6) *Ejusd.* ZASII de substitutionibus Tractatus. 6:.

LXVIII. Quart. *Melch.* JUNII CICERONIANUS, hoc est, liber de ratione recte feliciterque instituendorum studiorum Eloquentiæ, ad imitationem Ciceronis & scribendarum Epistolarum Orationumque ipso ex Cicerone. *Matthiæ* BERNEGGERI manu descriptus. 2:.

LXIX. Quart. *Jo. Lud.* HAUVENREUTERI annotationes in somnium SCIPIONIS. 1:30.

LXX. Quart. *Melch.* JUNII Rhetoricæ in QUINTILIANI libri VIII. Institutionum. Subjecta est in fine Epistola de studiis humanioribus ritè instituendis. 3:.

LXXI. Quart. *Nicod.* FRISCHLINI in *C. Julii* CÆS.

CÆS. Commentariorum de bello Gallico libros VI. annotationes. 2:.

LXXII. Anonymi index Rhetoricus ex CICERONIS præcipue & QUINTILIANI operibus Oratoriis confectus, quo præcipuarum Artis præceptionum sedes notantur. 1:45.

LXXIII. Quart. *Matthiæ* BERNEGGERI LEXICON GERMANICUM earum inprimis vocum, quæ cum aliis, Græcis potissimum ac Latinis, conveniunt, ubi vetera vocabula bene multa explicantur ac plurimorum etymologia datur. Præfixa est ADAGIORUM nonnullorum Lat. explicatio. Auctoris autographum. 4:.

LXXIV. Quart. Continens (1) *Philippi* MARBACHII in aurea PYTHAGORÆ carmina annotationes. (2) EJUSD. in PHOCYLIDIS carmina commentarium. 1:45.

LXXV. Quart. *Nicodemi* FRISCHLINI in HORATII Odas notæ. 1:45.

LXXVI. Octav. In quo varia *Matthiæ* BERNEGGERI autographa. (1) Analysis Cap. I. II. & III. prioris ad CORINTHIOS. (2) Enarratio Orationis CICERONIS pro Plancio. (3) *Ejusd.* Oratio pro *L.* MURÆNA brevibus scholiis enarrata. (4) Analysis Orationis pro CECINNA. (5) In orationem CICERONIS pro Quinctio. (6) XENOPHONTIS de Cyri Persarum Regis institutione liber I. καὶ πόδα & ad verbum expositus. (7) *Ejusd.* BERNEGGERI explicatio trium Orationum DEMOSTHENIS contra Philippum. (8) Epistola PHILIPPI Mace-

Macedonum Regis ad Athenienſes, ad verbum Latine reddita. Subnexa eſt *Hier.* WOLFII translatio. (9) DEMOSTHENIS contra Philippum oratio IV. latinè verſa, cum *Ejuſd.* BERNEGGERI analyſi. (10) *Ejuſd.* DEMOSTHENIS oratio de pace explicata. (11) Odarum II. X. XIV. XV. & XVI. libri III. HORATII expoſitio. (12) *Ejuſd.* BERNEGGERI Diſputationes Logicæ, quibus Dialecticæ Sturmianæ tertius liber, velut commentariolo, explicatur. 2:.

LXXVII. Octav. *Ejuſd.* BERNEGGERI in SALLUSTII Catalin. notæ hiſtorico-politico Criticæ autographæ. 1:60.

LXXVIII. Quart. *Ejuſd.* BERNEGGERI annotationes hiſtorico-politico-Criticæ in THUCYDIDEM. Auctoris autographum, quod ut ex adjecta ſchedula patet, quidam prelo dare voluerunt. 3:.

LXXIX. Quart. In quo (1) *Philippi* MELANCHTONIS annotationes in THUCYDIDEM. (2) EJUSD. notæ breves in PINDARI Odas. (3) EJUSD. LIVIANA ſive in librum ejus primum animadverſiones. 2:.

LXXX. Octav. maj. *Roberti* KRIEGSMANNI collectio & explicatio VOCABULORUM GALLICORUM præprimis antiquorum linguâ Gall. Lat. & Germanica. 1:30.

LXXXI. Octav. *Jo. Henr.* BOECLERI annotationes & animadverſiones in varios authores vet. Latinos. 1:45.

LXXXII.

LXXXII. Octav. *Matthiæ* BERNEGGERI annotationes in *C.* TACITI Germaniam, MDCXIV. Notæ hæ planè diversæ ac multo uberiores sunt iis, quas Berneggerus editioni suæ Taciti adjecit. 2:.

LXXXIII. Quart. Complectens varia *Jo. Mich.* DILHERRI Orat. Hist. & Poës. PP. opuscula Critico-Philologica. Occurrit enim in hoc volumine (1) Manuductio ad rationem bonos quoscunque auctores rectè & utiliter imitandi, MDCXXXVIII. manu *Jo.* GERHARDI Jenensis Thuringi descripta. (2) Ejusd. notæ in Philippicam orationem octavam *M. T.* CICERONIS, MDCXLI. (3) Ejusd. Introductio ad actionem oratoriam, MDCXLI. (4) Ejusd. Exercitatio nova ac elegans de ratione interpungendi, adornata MDCXLII. Subnexum caput singulare de distinctionibus vel interpunctionibus Orationis, exscriptum è Grammatica Lat. à KIRCHMANNO recognita. (5) *Ejusd.* DILHERRI Diatribe vindemiarum seu de VINDEMIIS libellus Philologico-historicus. (6) Ejusd. diatribe de circumstantiis Philologico-Philosophica, MDC XXXVIII. (7) Ejusd. explicatio Legum DUODECIM TABB. à CICERONE descriptarum libellus, sistens observationes varias antiquarias historicas & Philologicas. (8) Ejusd. Notæ in aureum SENECÆ libellum de animi, seu ut alii exemplaria habent, vitæ tranquillitate, MDC XLII. Absolvit nonnisi capita VII. priora. (9) Ejusd. animadversiones in TERTULLIANI libellum

bellum ad Scapulam MDCXLI. (10) Ejusd. Exercitatio historica de THALMUDH. (11) *Ejusd.* DILHERRI Historia LXX. INTERPRETUM recensita. MDCXL. 4:.

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MStæ COMPENDIARIÆ PARTIS SECUNDÆ SECTIO SEXTA,

continens

Miscellanea seu varii Argumenti MSSta.

I. FOl. *Jo. Petri* LOTICHII opera Poëtico-Historica & quidem AUSTRIACA. I. Imperatorum Romanorum à C. Julio Cæs. usque ad Leopoldum I. Austriacum, vita, obitus & memorabilia tam elegidiis, quam prosa brevissimè repræsentata. II. IMPERATORES AUSTRIACI tam carmine, quam stylo breviter descripti. III. Reges Austriaci. IV. Imperatrices & Reginæ Austriæ. V. Archi-Duces Austriaci. (2) *Ejusd.* LOTICHII Rerum Germanicarum sub Ferdinando III. Imperatore gestarum pars tertia libris LX. quibus dicta factaque memo-

memorabilia per S. Rom. Imperium & Regna Provinciasque externas ab an. MDCXLIII. ad annum MDCL. id est, ad plenam & consummatam usque Germaniæ pacificationem, ordine recensentur. Ast quod dolendum, præter hunc titulum nonnisi præfationes, carmina & epistolæ doctorum Virorum ad authorem, in operis laudem, Elenchus Authorum nov- antiquorum, quorum tam præceptis, quam exemplis, quibus hoc rerum Germanicarum historiæ universalis volumen tertium illustratur, ac denique prolixus librorum, Capitum ac rerum index hic comparet, opus vero ipsum vel apud Bibliopolam quendam, qui edere voluit, latet, vel ut posthumis accidere solet, planè periit. 3:.

II. Fol. *Petri* LOTICHII SECUNDI Franci Poëtarum Germaniæ primi & Principis, opera novis & luculentis additionibus aucta. Accedit VITA EJUSDEM à diversis Autoribus descripta, una cum VATICINIIS LOTICHIANIS ipso eventu confirmatis. Editio ab Eruditis diu desiderata & à *Jo. Petro* LOTICHIO Autoris è Fratre Pronepote, novissime adornata. Continet vero hoc volumen hujus *Jo. Petri* LOTICHII manu descriptum, sequentia additamenta, quæ ad *Petri* LOTICHII Sec. opera accedere debebant, si lucem videre iisdem contigisset. Videlicet I. Illustrium & Clarissimorum Virorum monita, quibus novam & auctam *P.* LOTICHII secundi operum editionem à *Jo. Petro* LOTICHIO hactenus sollicitavere. II. Illustrium & Clarissimorum Virorum

rum elogia & testimonia de *P.* LOTICHIO secundo, Poëtarum Germaniæ primo. III. Elegiarum quas P. LOTICHIUS S. adolescens scripsit, liber recens adornatus & auctus. IV. *P.* LOTICHII Sec. carminum, quæ adolescens scripsit, appendix sive liber secundus è monumentis veteribus erutus & adjectus à *Jo. Petro* LOTICHIO. V. *P.* LOTICHII Sec. historica narratio de cæde Rever. Principis DD. *Melch.* ZOBELII, Herbipolensis Episcopi & Orientalis Franciæ Ducis, è collectaneis *Simonis* SCHARDII JC. collecta & recens producta à Jo. Petro Loticchio. VI. *P.* LOTICHII Sec. Carminum adoptivorum libri III. Quorum Primus Amicorum salutationes, Secundus funeralia, Tertius defuncti elogia integris carminibus decantata continet, collecti à *Jo. Petro* LOTICHIO. VII. *Petri* LOTICHII Sec. VATICINIA super urbis MAGDEBURGENSIS excidio & belli per Germaniam trigesimalis excursu & fine, ipso eventu confirmata. *Klag-Reymen von Belag- und Eroberung der weit-berühmten uralten Stadt MAGDEBURG, von dem vornehmen Poëten* Petro LOTICHIO Sec. Solitarienſi, *der Universität Heydelberg* Professorem, *an Herrn* Joach. CAMERARIUM Papebergensem *vor etlich 70. Jahren in Lateinischer Sprach beschrieben und* an. 1631. *verteutscht durch* Mart. OPITIUM. Chunradi PINCIERII JC. de visione *P.* LOTICHII Sec. Solitarienſis carmen. *Jo. Georgii* STYRTZELII, Civitatis Rotenburgensis ad Tubarim Consulis, de

eventu

eventu & veritate vaticinii illius à P. Lotichio Sec. editi ad Jo. Petrum Lotichium epistola, scripta Rotenburgi 6. Nov. 1650. *Georgii* ZYRLINI, Theologi & Superintendentis Rotenburgi Tuberani, super secundo Lotichii Sec. vaticinio judicium ad Jo. Henr. Risium Theologum. *Janus* GRUTERUS de P. Lotichio Sec. ad Jo. Petr. Lotichium carmen. *Rodolphi* GOCLENII senioris de Petro Lotichio Secundo ad Jo. Petr. Lotichium epistola, Marpurgi in feriis S. Apostoli Matthiæ an. MDCXXV. *Don.* HEINSII de eod. Petro Lotichio Sec. carmen. *Jo. Petrus* LOTICHIUS ad Georgium Fabricium, Solitariensem, super concessa sibi ab illo effigie P. Lotichii Sec. Patrui Magni, carmen. Anonymi carmen Veneribus & Gratiis P. Lotichii Sec. Poëtæ celeberrimi sacrum &c. VIII. *P.* LOTICHII Secundi Epistolarum libri II. collecti à Jo. Petro Lotichio. Liber I. continet XXX. Liber secundus XVII. epistolas. IX. *Petri* LOTICHII Sec. vita à diversis authoribus descripta, ubi præter *Jo.* HAGII ante editam, occurrunt (1) *Pet.* LOTICHII Sec. Poëtarum Germaniæ facile Principis, vita, è luculenta *Jo.* HAGII narratione breviter concinnata, authore *Simone* STENIO Lomacensi. (2) *P.* LOTICHII Sec. vita, authore *Melch.* ADAMO Silesio. (3) *P.* LOTICHII Sec. vita, authore *Jo. Petro* LOTICHIO. (4) *Ejusd.* vita ex ejusdem *Jo. Petri* LOTICHII Poëtarum Novantiquorum parte III. 10:.

III. Fol. *Jo. Petri* LOTICHII opera poëtica, hactenus sive sparsim, sive nunquam edita, nunc collecta & castigata inque duas partes digesta. Quibus accedunt carminum adoptivorum libri V. autographum preloque paratum opus. 5:.

IV. Fol. Collectio litterarum elegantium, linguâ Gallicâ scriptarum, ab anonymo nitidissimè descriptarum. *Lettres diverses.* MDCLXXX. 3:.

V. Fol. Continet spissum hoc volumen (1) *Jo. Henr.* OTTII, Prof. Tigurini, LEXICON MATERIALE historico-Philologicum à filio *Jo. Bapt.* OTTIO, Archi-Diacono & Bibliothecario Tigurino, continuatum, in quo varia potissimum historica, è quamplurimis, auctoribus serie alphabetica conlecta fontesque unde plura hauriri possunt indicantur. (2) *Jo.* VOLPHII, Tigurini, TOPOLOGICARUM, annotationum commentarios, in quibus loca potissimum TERRÆ SANCTÆ, in S. Codice memorata, linguâ Ebraicâ alphabetico ordine recensentur atque explicantur. 5:.

VI. Fol. *Theophili* HENETII, Rochlicensis, PANDECTÆ, seu volumen rerum ex vario doctrinarum ac disciplinarum genere, ex Autoribus potissimum priscis Gr. & Lat. excerptarum & per locos digestarum. 4:.

VII. Quart. HISTORICO-POLITICO-MISCELLANEA à Carolo Guilielmo à M. . . Nobili, variis linguis collecta. 2:.

VIII. Quart. MAXIMILIANI I. Imp. historia rhythmis vet. Germ. sub nomine THEUERDANCK

DANCK olim conscripta, à *Joh. Albrechto* JORMANNO, Chiliarcho Civitatisque Imp. Francofurtensis, postea Urbis Præfecto, versibus Alexandrinis Germanicis reddita : THEUERDANCK, *das ist, die Gefährlichkeiten und eines theils Geschichten des lœbl. streitbahren und hochberühmten Heldens und Ritters Theuerdancks: In welchem Werck verstanden wird, unter dem Nahmen Kœnig Rumbrichs, Hertzog Carl von Burgund und unter dem Nahmen Ehrenreich desselben Tochter, die einige Erbin E. Maria, Hertzogin von Burgund, welche den Fürsten Theuerdanck, nemlich Kayfers* Friderici III. *Sohn, auch nachmaligen Kayser* Maximilianum primum, *Ertz-Hertzogen zu Oesterreich geheyrathet, hiebevor* an. 1517. *von* Melchior PFINZING, *Probsten von St. Alban bey Mayntz, auch Probsten zu S. Sebald zu Nürnberg, in alten Teutschen Reymen verfaßt und beschrieben worden, nunmehro aber von* Joh. Albrecht JORMANN, *Obristen zu Fuß auf eine andere Art in Alexandrinischen Versen etwas deutlicher nach dem heutigen* Stylo *bey müssigen Stunden aufgesetzt.* 1680. 6 :.

IX. & X. Octav. Bina hæc volumina exhibent anonymi EXCERPTA ex variis autoribus priscis & recentioribus, superiori seculo conscripta. 2 :.

XI. Octav. *Jo.* CLAII CARMINA varia, maximam partem argumenti sacri. 1653. 1 :45.

XII. Octav. Continens (1) APOPHTHEGMATA varia (2) GNOMAS ex variis autoribus priscis

& recentioribus conlectas ac rhythmis Germ. redditas. 1:.

XIII. Octav. Anonymi EXCERPTA è SS. PATRUM & aliorum recentiorum auctorum scriptis Sec. superiori conscripta. :60.

XIV. Octav. CARMINA Latina, satis elegantia, maximam partem sacra, in Acad. Herbipolensi à variis elaborata anno 1607. seq. :60.

XV-XVII. Octav. Exhibent tria hæcce volumina varia ex libris EXCERPTA aliaque MISCELLANEA. 1:.

XVIII. & XIX. Quart. Duo hæc volumina, mirâ planè elegantia exarata, continent OBSERVATIONES ex omni doctrinarum genere, ab anonymo linguâ Gallicâ conscriptas. Varia hic occurrunt non ubivis obvia, inprimis, quæ ad historiam & statum Galliæ politicum spectant. 3:.

XX. Quart. Sistens RHYTHMOS varios seu carmina à PHONASCO quodam FRANCOFURTENSI, initio Sec. præcedentis linguâ Germanicâ contexta, vulgo, *MEISTER-GESÆNGE.* 1:.

XXI. Octav. Exhibens varias Cl. & doctorum Virorum SENTENTIAS, quas PHILOTECIS sibi oblatis inscripserunt. :45.

XXII. Quart. *Kiliani* RUDRAUFII Prof. Giess. ADVERSARIA Latina, instar locorum communium, remissionum vel indicis generalis rerum, virtutum, vitiorum, personarum, Patriacharum, Patrum, hæreticorum, regionum, urbium,

bium, populorum, Conciliorum, adagiorum, sententiarnm &c. 1:45.

XXIII. Octav. *Philippi Christiani van den* BIRGHDEN dubia & cogitationes variæ seu miscellanea Juridico-politico-Philologica. 1:.

XXIV. Octav. Libellus etsi mole exiguus, plurimos tamen SERMONES sacros, linguâ Anglicanâ continet, ex ore ad populum loquentis ARTE TACHYGRAPHICA, quam in Anglia SHORT WRITING vel SHORT HAND vocant, ideoque miris characteribus exaratus. 1:.

XXV. Fol. ALBUM seu Protocollum ERUDITÆ cujusdam SOCIETATIS seu resolutio variarum, ex omni Eruditionis genere, depromtarum quæstionum, facta in Academia, ut conjicio, JENENSI per doctos aliquot Viros, qui statis à Mense Augusto MDCLXXII. usque ad finem anni sequentis temporibus convenerunt, e. g. *Mich.* HOERNLEIN Schvvartzburgensis obs. in Tabulis Chronologicis SCHRADERI Guntherum Schvvartzenburgicum perperam æmulum Imperii vel Imperatoris Caroli IV. vocari. *Rud.* ROTH obs. Cur ex costa Adami Eva sit producta? &c. 4:.

XXVI. Fol. in quo (1) *Christiani* CHYTRÆI, Pastoris (ut è Tomo V. & seq. patet) in Palatinatu, postea in Helvetia Exulis ac demum Pastoris circa an. 1626. seq. Mulhusini, ADVERSARIORUM Tomi IX. in quibus varia, Theologico-Historica potissimum, conlecta, quamplurimæ etiam *ipsius* CHYTRÆI ad Viros sui temporis

clarissimos EPISTOLÆ inspersæ sunt. (2) FUNDATIO Universitatis VITEBERGENSIS, publicata in præsentia Illustriss. Electoris in arce, die VII. Maji 1536. (3) STATUTA Universitatis VITEBERGENSIS per Fridericum Ducem Saxoniæ Electorem. Dat. in arce Electorali Witebergensi An. 1500. (4) ADDITIONES ad statuta ejusdem Academiæ Vitebergensis typis exscripta. (5) De horis prælectionum in collegiis Professorum, qui disciplinas, quas vocant, liberales, tradunt & de feriis. (6) JO. FRIDERICI Electoris SAXONIÆ declaratio fundationis Academiæ Vitebergensis: *Erklæhrung der Fundation etlicher Unrichtigkeit wegen.* Datum *Torgæ, Sonnabend nach Galli* An. Dom. 1538. (7) EJUSD. ELECTORIS mandatum de legibus sumtuariis constituendis: *Befehl Hertzog Joh. Friedrichs von Kleidung, Pancketierern und dergleichen.* (8) Juramentum eorum, qui recipiuntur ad consilium Academiæ, renovatum Rectore *Jo.* FORSTERO, Doctore Theologiæ an. 1550. die 17. Octobris. (9) Promissio seu commonefactio Rectoris. (10) *Jo.* STARCKERI, Pastoris *in Andersleben*, memoriale ad Senatum Erfurtensem, in puncto adulterii, cujus accusabatur. Datum *Andersleben den* 1. Sept. 1663. (11) *Joach. Gerhardi* RAM Glückstadio Holsati, schedula testamentaria, qua simul suam de religione, quam pro invento Politico habuit, mentem, causasque declarat, cur laqueo injecto, prope Witebergam, finem vitæ miserrimè quæsierit. Scripta fuit ista schedula Witebergæ

tebergæ die 29. Januarii 1688. (12) CHRISTINÆ, Reginæ SUECIÆ, leges atque regulæ instituendæ in scholis trivialibus atque Gymnasiis Patriæ, confirmatæ in Regia Stockholmensi, die septima mensis Augusti, anno supra millesimum sexcentesimum quadragesimo nono, exemplum manu *Jo. Simonis* NAUCLERI Regii Cancellistæ comprobatum. (13) *Jo.* EICHERI, Pastoris in Wantzleben, descriptio monstri, an. 1687. ibidem nati & à Pastore Collega suo baptizati. (14) FRIDERICI III. tunc Electoris BRANDENBURGICI ac postea REGIS BORUSSIÆ primum mandatum de ordinanda ACADEMIA HALLENSI. (15) Anonymi monita de EPHORI OFFICIO: *Summarische Designation des Amts und Schuldigkeit eines HOFFMEISTERS, oder Summarische Antwort auf die Frage wie und welcher gestalt ein Hofmeister sein Amt gebührlich verrichten solle?* (16) Panegyricus sacratissimis laudibus DEI ter Opt. Max. ob nuperas victorias, armis Regiis Suedicis concessas, dedicatus ac ipso supplicationis die Kalendis Septembribus dictus à *Petro* SIMONIO L. Lincopiæ, anno Chr. 1659. Inserta varia ad bellum tricennale spectantia notabilia &c. 5:.

XXVII. Fol. *Jo. Mich.* MOSCHEROSCH, Poëtæ & satyrici clariss. de PATIENTIA liber rhythmis Latino-Germanicis conscriptus 1627. Auctoris autographum. 1:45.

XXVIII. Quart. EJUSD. adparatus ad præcedens

opus de patientia, sistens potissimum vet. ac recentiorum sententias. 1 :.

XXIX. Fol. Anonymi ADVERSARIA, continentia excerpta è variis, tam priscis, quam recentioribus, maximam partem Theologico moralia, variis linguis exhibentia. 1 :.

XXX. Fol. Sistens CARMINA elegantissima *Annæ Elisabethæ* BÆRHOLTZIÆ, Amici nostri dilectissimi Theophili Dan. BÆRHOLTZII, Senatoris Thorunienſis gravissimi, conjugis castissimæ : *Frauen* Annæ Elisabethæ BÆRHOLTZIN, *gebohrner* HUBNERIN *Ubungen in der Teutschen Poesie, durch theils geistliche, theils weltliche Gedichte, nach dem Unterscheid der Zeit und ihres eigenen Zustandes, worinnen sie sich von an.* 1704. *biß hieher befunden, gesammlet und also zusammen getragen von einem guten Freunde* MDCCXIX.

XXXI. In quo (1) M. *Rudolphi* GOCLENII Senioris Corbacensis liber Rhapsodus, continens epistolas, observationes, dissertationes, critica varia ac carmina, ipsius manu conscripta. Habentur in illo (1) libellus de controversia Sacramentaria. (2) Antithesis calumniæ & veritatis seu de vero & afficto Calvinianismo. (3) Pro studiosis Prosodiæ & Latinæ linguæ versiculi, quibus vocabulorum quorundam differentiæ explicantur M. *Rudolpho* GOCLENIO partim auctore, partim collectore. (4) Summa rerum quæ sunt in exegesi Wittebergensium capita (in controversia Sacramentaria) fideliter collecta operâ ejusdem GOCLENII. (5) De exer-

exercitatione artis Dialecticæ commonefactiones in Schola Cassellana an. 77. (6) De emendatione ludi Cassellani ejusdem Rectoris GOCLENII sententia, Caselliis IX. Cal. Nov. 1576. (7) EJUSD. ad pueritiæ formatores ex hortatio, Caselliis mense Augusto 1516. (8) D. *Frid.* WIDEBRAMI ad Goclenium epistola, dat. Witebergæ Cal. Jan. 73. (9) Ad Wolradum, Seniorem Comitem Waldecciæ GOCLENII epistola, dat. 26. Junii an. 75. (10) EJUSD. ad Casp. Emdanum Concionatorem, epistola de sacramentaria controversia sine die & consule. (11) *Idem* ad Rectorem Scholæ Osnabrugensis, Hermannum Capp, Astronomum insignem & Poëtam Laureatum. (12) EJUSD. ad Justum Jungmannum, dat. 13. Oct. an. 75. Caselliis. (13) Examen quæstionis: an fas sit profugere seu secedere tempore pestis grassantis. (14) Tabula, continens Historiam annorum vitæ, rerum præclare gestarum & casuum M. T. CICERONIS, eorum etiam, quæ ætate illius evenerunt, profutura iis, qui in scriptis Ciceronis utiliter versari cupiunt, ex nominatissimis quibusque Historiographis summa fide & diligentia haud mediocri collecta à M. *Rud.* GOCLENIO in Schola Cassellana. (15) Prolegomena in HOMERI Iliada, proposita Caselliis an. 1576. (16) Ad Comitem WALDECCENSEM GOCLENII epistola, data Caselliis an. 76. IX. Cal. Junias. (17) EJUSD. ad M. Dan. Arcularium, SS. Theol. in

Schola Marpurgensi Professorem. Dat. è Ludo Cassellano VII. Calend. Junias an. 1576. (18) De quatuor POETARUM ætatibus. (19) Grammatica dubia. (20) Ejusd. ad Fornicarium litteræ, dat. Casellis 9. Junii an. 78. (21) Ad Rhetoricam Audomari Talæi GOCLENII annotationes. (22) Tabula de initiis, progressu & declinatione Latini sermonis, ubi de quinque Latinæ linguæ ætatibus ac cujusque scriptoribus agitur. (23) Præceptorum vitæ & morum libri II. versibus Lat. Germanicis. (24) In mortem Petri Pagani carmen. (25) De Sacra Cœna carmen. (26) In natalem Jac. Meilandi elegia unà cum plurimis aliis elegiis. (27) Liber Epigrammatum *Rudolphi* GOCLENII. (28) Grammatica. (29) Similium Liber. (30) De figuris Grammaticis. II. Complectitur spissum hoc volumen anonymi locos, ut vocant, communes Juridicos. 6:.

XXXII. Quart. *Wouteri* VERHEE Poëmata linguâ Belgicâ. 1:30.

XXXIII. Quart. in quo varia (1) historia amoris mutui inter Carolum Philippum Marchi. B. & Comitissam à S.. prosa & carmine Germanico. (2) Eorundem litteræ amatoriæ XLV. elegantissimæ linguâ Gallicâ. (3) Narratio de amore mutuo inter Carolum Lud. C. P. E. & Nobilem à D. unà cum epistolis amatoriis Latino-Germanicis ac libellis supplicibus Electricis ad Cæs. Maj. (4) Collatio CARMINUM variorum inprimis SATYRICORUM lingua Lat. Anglica & Gal-

& Gallica. (5) F. H. M. ad admodum Reverendum Priorem quendam Satyra, tum prosa, tum stylo lapidario. (6) Versus Sotadici Belgici de prostibulis Rom. : *Geheyme Vertellinghe van een Roomsche Courtisane in Maniere van een Claghe.* 1568. 2 :.

XXXIV - XXXVI. Tria hæc volumina exhibent *Julii* REICHELT, Prof. Math. Argentorat. excerpta miscellanea ex autoribus vet. & recentioribus, studio haud contemnendo congesta. 3 :.

XXXVII. Quart. in quo (1) *Hier.* CARANZÆ Artis gladiatoriæ præcepta, linguâ Hispanicâ, conscripta & figuris quam plurimis illustrata : *Llaue y Govierno de la Destreza. Primera parte en la qual se manifesta en Demonstraciones las mas communestretas de La comun y vulgar destreza y el poco fundamento fugo y los remedios contra ella. Con particulares heridas y alegaciones del Comendador Geronimo de CARANCA, y muchos yn portantes avisos del autor amaestrados del mucho estudio, y confirmados con larga esperiencia. Segunda parte en la qual se ponen las heridas particulares de la Verdadera destrezza ansi de primera como de segunda yntention. Ansi mismo los tiempos circulares tayos y verveses, y despues, los vreparos pura todos ellos. Espunto may curioso y prove hosissimo para todos.* (2) *Ludovici* PACHECI de NARVAEL conclusiones seu Præcepta Gymnastica : *Las cien conclusiones o formas des aber de la verdadera destreza fundada en ciencia y diel y ocho contradiciones a las*

tretas

tretas de la deſtreia comun por Don Luis PACHECO de NARVAEL, Sargento Major de la Isla de Fuerte Ventura Suſtentarſe en modo eſcolaſtico y demonſtratibo donde, y quando los Seunores Procuradores del Vreino Commiſſarios Don Pedro de Granado, Don Gieronymo Maurique, y Don Garcia del Hoyo ordenaren defenderlas Don Alonſo de Villegas. Dirigidas al Reyno de Caſtello junto en cortes. 2:.

XXXVIII. Quart. Anonymi ORATIO in natalem CAROLI Electoris PALATINI habita in Acad. Heidelbergenſi, MDCLXXXIV. :60.

XXXIX. Quart. *Th.* GR. Eſch. Palatini carmina nonnulla in Familiæ PALATINÆ honorem. 1:.

XL. Quart. Liber EPIGRAMMATUM Latinorum venuſtiſſimorum, auctoris incerti, qui Martialem in plerisque haud infeliciter ſecutus videtur. Diſtribuit opus in XII. libros ſecundum totidem anni menſes. 1:45.

XLI. Quart. continens (1) LOCORUM COMMUNIUM ſeu excerptorum, undiquaque pro varia lectione, collectorum ab *Henricho* WOLPHIO librum. (2) *Ejuſd.* WOLPHII Tabulas, quibus Philoſophia Theoretica adumbratur. 1:60.

XLII. Quart. Complectens ORATIONES & alia *Jo.* KAYSERSBERGII, *Jac.* WIMPHELINGII & aliorum, eodem quo floruerunt ſeculo, conſcripta. En Syllabum (1) Oratio funebris in Exequiis RUPERTI, Ducis BAVARIÆ, Epiſcopi Argentinenſis coram Duce Alberto, Epiſcopo

scopo electo & compluribus Principibus Episcopis, Comitibus & Abbatibus, Præpositis, Decanis aliisque Prælatis &c. in Ecclesia Argentinensi xv. Kal. Decembris an. MCCCCLXXVIII. per *Jo.* KEYSERSBERGIUM habita. (2) Ejusd. carmina nonnulla. (3) Oratio de S. Catharina, habita à *Jac.* MERSTETTERO, Ehingio MCCCCXCVIII. (4) Oratio, habita de Spiritu S. per M. *Jac.* WIMPHELINGIUM Selestadiensem, Theol. Baccal. MCCCCLXXXIII. in Acad. Heidelbergensi. (5) Oratio ad S. Sanctam Synodum Spirensem, habita à *Jo.* LYNCO, Cornucervino. (6) Synodalis Oratio *Jacobi* MERSTETTERI, Ehingii, habita Moguntiæ sexto Idus Majas, anno à Natali Christiano 1497. (7) Conquestio *Jac.* WYMPHELINGII, Selestadiensis, adversus Judæos in Ecclesiam suam intrusos & indies se multiplicantes, an. 1498. IV. Kal. Jul. (8) DESCRIPTIO MORUM urbis ROMÆ sub Alexandro VI. & ante eum sub Sixto IV. & Fratre Petro Cardinali carmine eleganti Latino. (9) INVECTIVA seu Canticum quod cum Augustus Cæsar Maximilianus in AUGUSTA VINDEL. Comitia celebraret & omnes Principes Imperii, Legatio Papæ omniumque fere regnorum Oratores adessent quidem in detestationem forte legationis Papæ januæ cuidam affixit an. Chr. MDXVIII. Inscript. ad inthronisandum Symoniacum Prælatum seu Gratiæ Commissarium. (10) REGULÆ pro moribus virtutibus, ac Prudentia comparandis.

(11)

(11) Sententiæ Franciſci PETRARCHÆ. (12) Carmen Sapphicum Æneæ SYLVII, alias PII Papæ, in paſſionem Chriſti. (13) Carmen Dicolon Tetraſtrophon ex Sapphico endecaſyllabo & Adonio dimetro Fratris *Conradi* REITTERI, Prioris Monaſterii Cæſarienſis ad Mariam Virginem. (14) *Georgii* TYPHERNI hymnus in Virginem DEI matrem. (15) De glorioſo pro miſeris peccatoribus apud Juſtum DEUM patrocinio *Sebaſt.* BRANT. (16) *Jac.* WIMPHELINGII gratiarum actio ad Clerum Spirenſem, qui eum poſt nactam in ſacris litteris Licentiam, convivio ſplendidiſſimo honorarunt. (17) EJUSD. ad Reverendiſſ. Dom. Argentinenſis Epiſcopi Cancellarium, contra Judæos uſurarios, in Eccleſiam Sultenſem intruſos. (18) EJUSD. Conſolatoria ad quendam Magiſtrum, de morte filii, in Gymnaſio Heidelbergenſi defuncti. (19) EJUSD. ad D. Ludovicum Brunum, LL. Doct. & Poetam Laureatum Regis Maximiliani Secretarium, epiſtola. Dat. Spiræ VI. Non. Octobr. 1497. (20) *Idem* ad quendam Præceptorem, amore turpiſſimi Scorti captum. XV. Kal. Julii an. 1500. (21) EJUSD. ad Sacerdotem amicum H. ſuaſoria, ut concubinam à ſe avellat. (22) EJUSD. ad Provincialem Minorum de obſervantia, ut reaſſumant quendam fratrem. (23) Ad *Syfridum* de CASTELLO Ord. Auguſtin. *Jac.* WIMPHELINGIUS XII. Kal. Octobr. 1505. (24) ILLIUS ad WIMPHELINGIUM reſponſio, 1505. (25) HUJUS ad ILLUM alia IX. Kal. Octob.

(26) Ano-

(26) Anonymi, forte WIMPHELINGII, narratio de electione Alexandri VI. Papæ. (27) De RAPTU CAROLI Regis FRANCORUM carmen. (28) *Fr.* WERNHERI de SELDEN ad *Jac.* WIMPHELINGIUM epistola. Dat. Argentinæ ap. S. Margaretham V. Idus Octob. 1502. (29) DISTICHON aureæ tabulæ quam Sanctus Imp. HENRICUS Ecclesiæ BASILEENSI dono dedit, vetustiss. characteribus insculptum an. MI. (30) De S. Maria Magdalena carmen. (31) In Italos pro Helvetiis ironicum carmen T. CRESSMUND Junioris. (32) Aliud. (33) Ænigma in ALEX. VI. PP. (34) Epitaphium in duos, Argentinæ ob Sodomiæ crimen concrematos, septima Aprilis 1508. (35) Aliud. (36) Epigramma *Engelhardi* FUNCK, Suobacensis Germani, de inundatione Tiberis, facta Romæ quarta die Decembris an. MCCCCLXXXXV. (37) Ejusd. in Thomam Vuolfium Seniorem. (38) In Dolos fœminarum. (39) De vita beata. (40) *Jo.* de KAYSERSPERG ad *Jac.* WIMPHELINGIUM epistola. (41) HUJUS ad ILLUM responsio. (42) De Suevis & Alpinatibus carmen. (43) *Engelhardi* FUNCK ad *Jac.* HAN Epistola sine die & consule. (44) Hexastichon *Hier.* EMSERI contra Leopontios seu Suitenses, ob quod à Basileensibus captus, longo carcere vexatus & relegatus est an. 1502. (45) In conjurationem Sotulariam vel Sculponiæ sive Cothurnorum, quæ fuit an. 1502. *Jac.* WIMPHELINGIUS Selest. (46) Aliud. (47) Distichon

ſtichon in Kühorn æmulum Cleri & Protectorem Sacrilegorum. (48) Diſtichon in N. GRIEB, qui prodidit *Hier.* EMSERUM, propter Hexaſtichon in Leopontios. (49) *Petrus* BOLANDUS de Cleri fuga ex Wormatia MCCCCLXXXXIX. (50) De Strage magna Studentum in WEYBLINGEN 1422. (51) De CAROLI, Ducis BURGUNDIÆ, Strage. (52) *Engelhardus* FUNCK ad Jac. Han. (53) Ad Jo. Spenglerum, Prædicantem Heidelbergenſem. (54) De Excidio Turrium Nurembergenſium *Jo.* NEWBER ad Jac. Wimphelingium Sleſtad. (55) Epicedion pro *Jacobo* DRACONTIO, Præmonſtratenſi Sacerdote. (56) Ænigma de Duce Mediolanenſi *Franc.* LUD. SFORTIA, tradito Regi Franciæ ab Alpinatibus. (57) Hexaſtichon *Jac.* WIMPHELINGII ad Tho. Murnerum de reformatione monaſterii ſui. (58) Contra peſtem. (59) P. ad Jacobum Wimphelingium de duello inter Regem Romanorum & S. de Wadra Wormatiæ habito. (60) *Jac.* WIMPHELINGIUS a Slettſtatt, in imaginem Divi Goaris in ſacello D. Guilhermi Argentinæ. (61) Ad Wernherum *Jac.* WIMPHELINGII carmen. (62) In arcem Dabichenſtein, ab Alberto Epiſcopo Argentoratenſi inſtauratam, epigramma, *Thomæ* WOLFII Junioris. (63) BLANCÆ MARIÆ, Rom. REGINÆ, ad Electorem, ut videtur, PALATINUM epiſtola. Dat. in Civitate Imp. Auguſt. die IX. Jul, 1500. (64) Reſponſoria. (65) De Venatu. (66) *Jac.* WIMPHELINGII prolixa ad Daventrini

trini Gymnasii Præceptorem de libidine & sodomia Cleri Rom. epistola. (67) Ad Christophorum de Utenheim, Basileensis Ecclesiæ Administratorem, consulentem Wimphelingium, an Episcopatum sibi oblatum debeat acceptare, responsio WIMPHELINGII. (68) Epitaphium *Jo.* BURCHARDI filii Theobaldi de Wintzenheim in simoniacum carmen Lat. & Germ. (69) *Jac.* WIMPHELINGII ad anonymum epistola d. 16. Septembris 1507. (70) *Sebastianus* BRANDT in Helvetios an. XII. (71) Rhythmus in monachos in quodam collegio nocte affixus. (72) Hexastichon de officio Scribæ. (73) De Eodem. (74) *Jac.* WIMPHELINGII ad Jac. Sturm, Franc. Paulum, Conradum Dunzenheim ac Stephanum Sarburgium epistola. 9:.

XLIII. Octav. *Hier* RORARII Portunaonensis Viri Clariss. Murium, in Campegianis hortis degentium, adversus *Nicolai* BESTII, Vicarii Pontificii, edictum oratio pro se ipsis. 1:30.

XLIV. Fol. *Ed. Aug.* LEGERII de la VERBISSONNE EPISTOLÆ, linguâ Gallicâ in usum Georgii Hassiæ Landgravii conscriptæ: *Lettres composees par le Sieur Edme Auguste de la Verbissonne, toutes ecrites de sa main & dediees a tres haut & tres puissant Prince George de Hesse-Darmstadt pour lors à Paris, acheve le premier de Decembre mil six cent quatre vingt six. Ce livre contient trois cent quatorze lettres composees & ecrites par mes mains. On peut éstre asseure qu'elles ne sont dans aucuns Au-*

teurs & que je n'ai derobè a perſonnes aucunes phraſes ny penſees pour les faire. 1:60.

XLV. Quart. Continens orationes varias ac alia miſcellanea à *Matthia* BERNEGGERO maximam partem conſcripta, tum etiam collecta. Habentur autem in hoc volumine (1) Oratio, habita Heidelbergæ in obitum Sereniſs. Principis Friderici IV. Comitis Palatini ab anonymo quodam. (2) Oratio gratulatoria ad Chriſtinam Sueciæ Reginam cum Regnum capeſſeret. (3) Salutatio, qua excepit G. D. Abraham electum Regem Poloniæ Henricum Valeſium, Poſnaniæ anno Dom. 1573. (4) Oratio in laudem Bruti Rom. (5 & 6) *Matth.* BERNEGGERI Orationes de Heraclito & Democrito. (7) EJUSD. Hominis cum flore comparatio ex Pſalm. CIII. verſ. 15. Job. XIV. 2. Eſ. XL. 6. 1. Petri I. v. 24. Jacobi I. v. 10. & 11. autogr. (8) EJUSD. de eodem argumento oratio ſecunda, qua oſtenditur, ſcholis etiam ſuos hortos & in iis ſuccreſcentes floſculos & qui horum gerunt curam, topiarios deeſſe minime. (9) *Ejuſd.* BERNEGGERI præfatio & concluſio in diſput. Comitis à Plagay habita die 20. Junii 1616. (10-19) Aliæ ejuſdem præfationes ſeu oratiunculæ diverſis temporibus habitæ. (20) *D. Jo. Lud.* HAUVENREUTERI de animalibus oratio, cum auſpicaretur Ariſtotelem de animalibus. (21) Ode conſolatoria *Philip.* CAMERARII filii quinquagenarii ad D. *Philippum* CAMERARIUM Patrem Nonagenarium ex ſuo exilio, amiſſis fortunæ

tunæ bonis, strenæ loco missa, anno recuperatæ salutis MDCXXIV. (22) *Jo. Henr.* BOECLERI oratio die 7. Aprilis 1670. cum XII. Magistri ac unus Baccalaureus crearentur, autographum. (23) Ejusd. de natura & usu Eloquentiæ oratio. (24) Ejusd. de variis Eloquentiæ generibus. (25) Anonymi de studiis litterarum oratio, ast mutila. (26) *Matth.* BERNEGGERI collectanea ex vet. ac recent. scriptis propria manu congesta. (27) Ejusd. quæstionum historico-politicarum decades aliquot. (28) Notæ ad quosdam Mimos PUB. SYRI scriptæ rogatu D. LINGELSHEMII manu *Jani* GRUTERI. (29) Inscriptio in porta MANHEMII recens extructa. (30) Epitaphium ELIZABETHÆ Reginæ ANGLIÆ memoriæ sacrum. (31) *D. Nic.* CRELLII epitaphium 1601. (32) Varia. (33) *Matthiæ* BERNEGGERI adversaria politica, in quæ ex vet. ac recent. scriptoribus, certos in titulos, propria manu varia retulit notatu digna. 3:.

XLVI. Fol. Sistens POEMATA varia GALLICA maximam partem SATYRICA sec. XVI. composita. Immixta sunt nonnulla ITALICA LINGUA. In fine prosa adjecta axiomata politica de PRINCIPUM VIRTUTIBUS ac benè regnandi artibus, linguâ Gallicâ conscripta: *Traite des* REGLES *generales pour les Princes.* 3:45.

XLVII. Fol. Sistens COLLECTANEA varia ex priscis potissimum scriptoribus Græco-Latinis,

tam sacris, quam profanis, ab anonymo viro haud indocto serie alphabetica congesta. 2:.

XLVIII. Quart. *Jo.* ÆGIDII Galli Cardinalis CARMINA Latino-Italica SATYRICA, quibus alia nonnulla interspersa. 3:.

XLIX. Quart. Exhibens CARMINA varia eaque elegantissima Latina, Græca, Gallica & Italica. Numerus eorundem ultra C. excurrit. 2:.

L. Quart. Complectitur aliquot *Jo. Henr.* BOECLERI orationes ab illo in Academia Argentoratensi habitas ipsiusque manu conscriptas. 1.60.

LI. & LII. Quart. *Andreæ* LUCII GEISLINGENSIS flosculi varii Amœnissimi & pulcherrimi ex nobilissimorum Latii Heroum hortis decerpti anno instauratæ Sal CIↃIↃCXXV. seu adversariorum Tomus I. & II. 2:.

LIII. & LIV. Fol. Bina hæc volumina Viro Cl. *Matthiæ* BERNEGGERO loco Adversariorum fuerunt, in quæ ex omni disciplinarum genere notatu digna, tam ex priscis, quam recentioribus auctoribus certos sub titulos, quos prius volumen serie alphabetica exhibet, studiosè congessit. 6:.

LV. Quart. Exhibens varia. Occurrunt enim in eo (1) Tex INSCRIPTIONES vet. Rom. (2) *Joachimi* CAMERARII erratum sive ὑπερπλάσματος ad Amicum. (3) De generibus VESTIUM libellus cum Latina & Gallica interpretatione authore *Junio* RABIRIO MDXXXIV. (4) Anonymi liber de STATU REIPUBLICÆ ROM.

(5)

(5) Ejusd. ut videtur, Authoris de GALLORUM MONARCHIA liber. (6) Anonymi NOMINUM illorum, quæ in fabulis (Poëtarum vet.) continentur, EXPLICATIO, quæ quidem aliquam interpretationem posse admittere visa sunt, quorum cognitio non mediocriter confert ad mysteria ipsarum fabularum facilius percipienda. 1568. serie alphabetica digesta. (7) INDICES varii ETYMOLOGICI vocum Latinarum, ubi etiam Græcæ, Ebraicæ ac Germanicæ linguæ cum Latina harmonia atque convenientia demonstratur. Adjecta sunt appendicis loco sequentia 1. Latinæ voces à Græcis sumtæ Deorum scil. hominum & in homines cadentium. 2. De animalibus. 3. De Elementis & inde natæ voces. 4. De Cibis. 5. De Herbis. 6. De vestimentis. 7. De ædificiis publicis privatisque. 8. Voces militares. 9. Verba nonnulla. (10) Adverbia. 11, Latinæ voces ab Etruscis Syrisve petitæ. 12. Voces Belgicæ & Germanicæ, quæ hodieque in lingua Francica. 13. Nomina Hebraica. 14. Nomina propria ab aliis nationibus aliter atque aliter pronunciata. 15. Nomina singularia Italorum. 16. Nomina mulierum Italica. 17. Italica nomina secundum ordinem alphabeti. (18) Persica & Medica nomina. 19. Nomina Thracum, Hunnorum, Herulorum, Gothorum &c. 20. Aliorum nomina ex Procopio. 21. Romana nomina ex Tacito. 22. Varia explicatio locutionum nonnullarum proverbialium variarum

gentium. 23. Vocabulorum nonnullorum Hispanicorum explicatio. 24. Vocabula Italica. 25. Gallica. 26. Teutonica. 27. Stellarum nomina Arabica, Babylonica, Persica, Græca, Latina. (8) Dialogus inter amantem & Charontem carmine Latino & Gallico utroque eleganti. (9) VARIÆ Clarissimorum Virorum EPISTOLÆ. XXXVI. priores *Isaaci* CASAUBONI sunt ad *Jac.* BONGARSIUM, è quibus nonnisi unica (nona scilicet) inter editas legitur. XXXVII. & XXXVIII. *Jani* GRUTERI ad eundem BONGARSIUM. XXXIX. *Jo.* CRATONIS ad *Thomam* JORDANUM à Clausenburg, Marchionatus Moraviæ Medicum. XL. Exemplar LITTERARUM ad FRANCIÆ & Navarræ REGEM à Consulibus Senatuque Reipubl. NORIMBERGENSIS 9. Maji 1604. datarum. XLI *Henrici* SAVILE ad Illustr. Comitem de BELLOMONTE epistola. XLII. *Josephi della* SCALA ad BONGARSIUM Gallica, de Leyden 16. Juillet 1601. XLIII - LII. *Philippi* SIDNÆI ad *Hubertum* LANGUETUM epistolæ. LIII. *G. M.* LINGELSHEMII ad BONGARSIUM. LIV - LVI. *Philippi* SIDNÆI ad LANGUETUM. LVII. Ad REGEM GALLIÆ Christianissimum Magistrorum & Senatus ARGENTORATENSIS epistola. Dat. Argent. die 26. Oct. 1604. in causa contra Carthusianos. Subjectus est INDEX librorum BIBLIOTHECÆ S. VICTORIS. LVIII. Ad Christianissimum Galliarum Regem humillima supplicatio pro impressorio *Jo.* GIPHANII

qui

qui Patris scripta editurus erat, quorum subnexus catalogus satis amplus. LIX. *Justi* LIPSII ad *Marcum* VELSERUM epistola scripta Lovanii postridie Idus Majas MDCV. LX. *G. M.* LINGELSHEMII ad *Jac.* BONGARSIUM. Heidelb. 26. Febr. 1609. LXI. Exemplum decreti nomine Sac. Cæs. Maj. in Camera Aulica de sumtibus Bibliothecæ *Hugoni* PLOTIO Bibliothecario Cæs. dat. LXII. *Jo.* BRODÆI ad *Franciscum* DANIELEM epistola. LXIII. Ad CÆSAREM REGIS GALLIARUM litteræ, datæ Aureliæ XXV. die Sept. 1562. LXIV. *Thomæ* SEGHETI ad *Jac.* BONGARSIUM. LXV. Anonymi ad *Jo.* BRODÆUM Canonicum ad S. Martinum Turonensem epistola, scripta Aureliæ VI. Kal. April. 1563, LXVI. Ejusd. alia ad Libavium. LXVII. *J. A.* PORTNERI prolixa ad *Robertum* KOENIGSMANNUM epistola, scripta Lutet. Paris. VIII. Jun. 1652. (10) Anonymi Directorium studiorum pro Ferdinando à Dreske script. 1649, (11) Anonymi de JURISPRUDENTIÆ studiis consilium. (12) NOTÆ nonnullæ eruditæ ad *Philip.* CLUVERI Geographiam.

LVI. Quart. *M. Jo.* ELLINGERI Darmstattini Diaconi Arheilgensis & Cranichsteinensis carmina varia. Occurrunt enim in hoc volumine (1) ad Clariss. Dn. D. Leuchterum, cum concionem habuisset gratulatoriam pro feliciter finito Marpurgensis successionis negotio, quod pronunciationem concernit de jure Ratisbonæ prolatam

latam à Cæſ. Maj. 1. April Anno 1623. (2) Ejusd. ad eundem Mnemoſyne. (3) Ejusd. ad Nobiliſſimum Mecænatem ſuum Dn. Prechterum juniorum Principum Aulæ Magiſtrum. (4) Ejusd. Jeremias redivivus pullatus h. e. mœſtiſſima Jeremiæ Threnodia, quæ filiam pulchram Germaniam, vindice Dei ira viſitatam, ab hoſtibus vitiatam, ab Amicis proſtitutam & denudatam, ſed acta pœnitentia ſeria reſtaurandam elegiaca deflet tibia anno

nVLLa saLVs beLLo nIL beLLVM beLLICa ponVnt.
LaVs nVLLa eſt beLLI CœLVM pIa peCtora poſCVnt.

(5) Oratio Manaſſis Regis Judæ captivi Babylonici. (6) *Ejuſd.* ELLINGERI carmen anagramaticum in honorem Ludovici Haſſiæ Landgravii. (7) Ejusd. Furiæ Mansfeldicæ. (8) Ejusd. commendatio ad Nobiliſſimum Mecænatem Dn. Prechterum. (9) ORATIO DOMINICA ſeptuplici carminum genere, reddita per eundem *Jo.* ELLINGERUM. (10) Ejusd. Threnodia mœſtiſſima cum antiphoria lætiſſima in obitum, tam beatiſſimum, quam luctuoſiſſimum Illuſtriſs. & Celſiſs. Principis ac Domini Dn. Henrici Haſſiæ Landgravii &c. ſcripta. MDCXXX. 1:30.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ MSTÆ COMPENDIARIÆ PARTIS SECUNDÆ SECTIO SEPTIMA,

IN QUA HABENTUR

SUPPLEMENTA CATALOGI MSSTORUM MAJORIS,

HALÆ MDCCXX.

TYPIS EXSCRIPTI,

MSSTA, AB ILLO VIDELICET TEMPORE COMPARATA SISTENTIA.

SUPPLEMENTUM I.
CATALOGI MSSTORUM MAJORIS.

Codices Orientales.

I. QUart. Codex LITURGICUS SYRIACUS, in chartas levigatas nitidissime scriptus. 12:.

II. Octav. Liber ASTRONOMICUS SINENSIS, miris characteribus ac figuris etiam instructus chartæque Sericeæ Sinensium more impressus. 5:.

III. Forma min. Codex Arabicus, continens aliquot ALCORANI Suras s. Capita. 2:.

SUPPLEMENTUM II.
CATALOGI MSSTORUM MAJORIS,
comprehendens
Codices Latinos Membranaceos ac Chartaceos Vet.

I. QUart. Membranaceus Codex, exhibens APOCALYPSIN S. JOHANNIS Sec.

Sec. XV. scriptam & quam plurimis picturis, coloribus ac auro distinctis, ornatam, 5 :.

II. Duod. PSALMORUM DAVIDIS & reliquarum, quæ in Sacro Codice occurrunt, precationum, VERSIO VETUS GERMANICA, circa med. sec. XV. facta. Præfixa fabulosa de Angelis, Davidem Psalmos pangentem ajuvantibus, narratio ipsiusque præfatio suppositia. 2 :.

III. Duod. Initio Sec. XV. scriptum volumen exhibens versionem vet. Germanicam EVANGELIORUM & EPISTOLARUM Dominicalium. 2 :.

IV. Fol. EPISTOLÆ in diebus Dominicis ac Festis legi solitæ LINGUA GERM. Sec. XIV. vel initio XV. scriptæ: *Alle Episteln und Prophecien und Letzen dorch datz gantze Jar und von den Apostelen, Heiligen, Mertelern und Jungfrauen.* 3 :.

V. Fol. Codex satis elegans circa finem Sec. XIV. vel initium XV. exaratus, complectens varia S. AUGUSTINI, Hipponensis Episcopi, scripta. Sunt autem (1) *Ejusd.* libellus de utilitate credendi, cui præfixa retractatio quorundam in eo dictorum. (2) *Ejusd.* de Doctrina Christiana libri tres. (3) *Ejusd.* Libri de sermone Domini in monte. (4) *Ejusd.* AUGUSTINI in Evangelistas Matthæum, Lucam & Johannem, Sermones LXX. (5) *Ejusd.* Sermo de nativitate Domini. (6) *Ejusd.* Sermones viginti ad fratres in Eremo de margaritis regularis institutionis. (7) Ejusd. B. Augustini liber de fide ad Petrum Diaconum. 12 :.

VI. Fol.

VI. Fol. Continens varia sec. XV. à diversâ manu conscripta. Occurrit enim in hoc volumine (1) Anonymi CHRONOLOGIA VETERIS TESTAMENTI seu, ut rubrum habet: Arbor Biblicæ historiæ à mundo condito ad Christum natum. (2) Varia B. AUGUSTINI Opuscula (1) sermo de verbis Domini JEsu Christi: qui fecerit & docuerit pro salute animæ suæ, Regnum DEI possidebit. (2) Sermo XLIV. de verbis Domini de tribus mortuis. (3) Sermo LXXX. de verbis Apostoli, ubi dicit: Nescitis quod corpora vestra membra Christi sunt. (4) Ex Sermone super verba Apostoli, ubi dicit: Sæpe salvi facti estis. (5) Ex Tr. super Evangelium B. Joannis Apostoli. (6) Ex Tr. XXII. super Evangelio Joannis, quomodo quisque peccator per confessionem, quasi mortuus procedat de sepulchro. (7) De motibus animorum. (8) Super Psalm. XXXIX. seq. (9) Homelia *ejusd.* B. AUGUSTINI de confessione peccatorum. (10) Admonitio, ut non solum lingua, sed & moribus & operibus laudetur DEUS &c. (11) Tr. de eleemosynis faciundis. (12) De Natali S. AUGUSTINI. (13) Admonitio B. Augustini, ut silentium in Ecclesia præbeatur. (14) Sermo super Psalm. XLIX. de ebrietate. (15) Sermo de illo Evangelii: Remittite & remittetur vobis, date & dabitur vobis. (16) Epistola de illo: meum est aurum & argentum. (17) De dicto Evangelii: Ego sum via, veritas & vita. (18) Ex sermone de illo: qui amat animam suam, perdet eam. (19) Ad-

(19) Admonitio de charitatis perfectæ gradibus. (20) Homilia de misericordia. (21) De Elemosyna. (22) Sermo de concordia fratrum. (23) Sermo de pœnitentia. (24) De odio & ira. (25) De concupiscentia & dimissione peccatorum. (26) Homelia de verbis Salvatoris: Ego veni, ut faciam operarios &c. (27) *Ejusd.* B. AUGUSTINI sermo de esurientibus & Publicano. (28) Sermo de confessione & satisfactione. (29) Sermo de eleemosynis. (30) De sex Operibus misericordiæ. (31) De dono Dei. (32) De divite fœneratore. (33) De muliere adultera. (34) De mulieribus pudicis. (III) GEORGII VALLENSIS Cato moralis seu versus Leonini morales, anonymi commentario illustrati. (IV) *Ejusd.* VALLENSIS novus Cato Moralis, simili commentario expositus. (V) Orthographia GASPARINI Pergamensis, Oratoris maximi, scripta per *Leonhardum* MULHEIM 1487. (VI) Anonymi collectio & explicatio ADVERBIORUM Lat. (VII) *Ejusd.* ut videtur, Synonymorum adparatus. (VIII) Ab Eod. collectæ differentiæ verborum ex M. TULLIO. (IX) Anonymi divisio omnium scientiarum liberalium. (X) Excerpta ex libris Metaphysicorum ARISTOTELIS. (XI) Ex *Ejusd.* Libris Physicorum auctoritates. (XII) Ex *Ejusd.* Libris de cœlo & mundo. (XIII) Ex *Ejusd.* libro de generatione & corruptione. (XIV) Ex *Ejusd.* Libris metheororum. (XV) Ex illius libris de anima. (XVI) Ex *ipsius* libro de sensu & sensato. (XVII) Ex *Ejusd.* libro de memo-

memoria & reminiscentia. (XVIII) Ex *Ejus* libro de somno & vigilia. (XIX) Ex *Illius* libro de longitudine & brevitate vitæ. (XX) Ex *Ejusdem* libro de Juventute & senectute. (XXI) Ex *Ejusd.* ARISTOTELIS de respiratione & exspiratione. (XXII) Ex *Ejusd.* ARISTOTELIS libro de vita & morte. (XXIII) Ex *Illius* libro de motu animalium. (XXIV) Ex *Ejus* libris de animalibus. (XXV) Ex *Ipsius* libro de proprietatibus elementorum. (XXVI) Ex *Ejusdem* libro de substantia orbis. (XXVII) Ex *Illius* libris Ethicorum. (XXVIII) Ex *Ejusd.* ARISTOTELIS libro de bona Fortuna. (XXIX) Ex *Ipsius* Oeconomicis. (XXX) Ex *Illius* libris Politicorum. (XXXI) Ex *Ejusdem* Rhetoricis. (XXXII) Ex *Ipsius* libris Poëticis. (XXXIII) Ex *Ejusdem* ARISTOTELIS epistola ad Alexandrum. (XXXIV) Ex *Illius* regimine Principum. (XXXV) Ex *Ejusdem* libro de morte. (XXXVI) Ex *Ipsius* libris variis Logicis. (XXXVII) *Ejusd.* ARISTOTELIS liber integer de regimine Principum. 12:.

VII. Duod. Exhibens duo S. AUGUSTINI opuscula, circa finem sec. XV. in linguam German. versa, cum aliis nonnullis mysticis. *(1) Eyn Boichelgyn sere ynnicher Betrachtunge unsers H. Vaders* S. AUGUSTINI. *(2)* Manuale *off Hand-Büchelgen des glorioſen Biſchoffs* AUGUSTINI *des gulden Lerers over alle Lerer. (3) Etzliche gůde* UBUNGEN. *(4) Van der* VOLLKOMMENHEYT, *darinne man God navolgen ſoll.* 1:45.

VIII.

VIII. Quart. Liber elegantiſſime ſeculi XV. initio ſcriptus B. GREGORII Dialogos continens. 5 :.

IX. Quart. Codex chartaceus circa initium ſec. XV. ſcriptus. Occurrunt in eo (1) Paſtoralia B. GREGORII Papæ, ſeu, ut rubrum hujus Codicis habet: Liber regiminis Paſtoralis B. GREGORII Papæ, inſcriptus ad Johannem Epiſcopum. In fine legitur: Expliciunt Paſtoralia B. Gregorii Pape &c. anno Domini MCCCCXXI. feria IV. quatuor temporum poſt crucis exaltationem. (2) ORTUS (ſ. Hortus) Virtutum, quod beatitudo non concurrat cum rebus mundi. (3) Itinerarium mentis in Deum BONAVENTURÆ 1452. (4) Anonymi informatio ſive modus converſationis VIRI CONTEMPLATIVI. (5) BONAVENTURÆ tractatus parvus de Gradibus contemplationis &c. 1452. (6) De Clauſtro animæ ſecundum HUGONEM. (7) Carmen Leoninum de MYSTICA SPONSI & SPONSÆ unione. Incipit:

O quam felix anima & nimium beata,
Que cœleſti Domino digna ſociata &c.

(8) S. BASILIUS de vita Solitaria & commendatione Cellæ. (9) De CONFESSIONE Tr. ſeu enumeratio peccatorum quæ ab hominibus ſolent committi. (10) Vita JESU Chriſti ex *Symone* de CASSIA. (11) Anonymi de PEREGRINATIONE Iheruſalem ac totius TERRÆ SANCTÆ. (12) MIRACULA & exempla de diverſis Chronicis hiſtoriis & libris ab anonymo collecta. (13) De PASSIONE DOMI-

DOMINI collecta parva & concordantia Evangelistarum. (14) De COMPASSIONE MARIÆ, seu potius Domini pro Maria, ex diversis collectanea ex JORDANO, ALBERTO M. &c. Extitit ultimo loco, ut ex præfixo à manu vet. indice, patet in hoc volumine: Martyrologium metricum, quod à sacrilega manu excisum fuisse, vestigia demonstrant. 6:.

X. Fol. maj. Sistens Tabulas è naufragio, veterum scilicet aliquot codicum membranaceorum fragmenta (1) Homilias nonnullas *Jo.* CHRYSOSTOMI, *B.* MAXIMI & AUGUSTINI. (2) Fragmentum CODICIS BIBLIORUM RHYTHMICI vetustissimi, illius scilicet, ut Vir Cl. *Jo. Jac.* WETSTENIUS, Pastor Basileensis, qui illud transmisit, asseruit, cujus Hottingerus in Biblioth. quadri partito mentionem fecit. Incipit ab Exodi Cap. II. ac definit in Cap. IX. Initium:

Die græste Gabe sus hat Jetro
Van vihe groze richeit do &c..

(3) In hoc volumine occurrit folium unicum à Codice quodam præstantissimo, qui seculo octavo vel certè initio noni exaratus videtur, avulsum. Character majusculus rotundus atque antiquissimus est; argumentum vero sacrum. Fragmentum quippe patris cujusdam Ecclesiæ antiquioris exhibet, ab illotis Bibliopegi manibus ab optimo quodam Codice discerptum & ad librum quendam compingendum adhibitum.

Quot enim volumina vet. præstantissima ab hoc hominum genere non fuerunt corrupta & ad profanos usus usurpata? si hujus loci esset benè multos enarrare possem Codices, quos Bracteatorum ac Bibliopegorum manibus ereptos ab interitu vindicavi. Utinam præsentem, de quo jam dixi, integrum servare licuisset. Ob venerandam certè vetustatem & hoc fragmentum asservandum duxi. (4) Simile folium membraneum à Codice Sec. XIV. scripto discerptum eademque fata passum. Exhibet vero veteres sententias Latinas è CATONIS potissimum distichis desumtas, quæ rhythmis vetustis Germanicis iisque satis elegantibus exprimuntur. 3:.

XI. Quart. Codex membraneus initio Sec. XV. exaratus. LECTIONARIUM est, continens varias SS. PATRUM HOMILIAS, in diebus festis ac Dominicis legi solitas. Immiscentur nonnullæ SANCTORUM VITÆ seu passiones, ut vulgo vocant. Initium & finis Codicis temporis injuriâ periit. (1) B. Sermo BERNARDI Abbatis in nativitate Domini. (2) Ejusd. Sermo in circumcisione Domini. (3) *Ejusd.* BERNHARDI sermo in Epiphania Domini. (4) Alius Ejusd. sermo in eadem. (5) Homilia incerti auctoris in die Epiphaniæ. (6) Anonymi Homilia in die B. Laurentii Martyris. (7) LEONIS Papæ Homilia in Dominica Quadragesimæ habita ad populum in Basilica B. Johannis. (8) JERONYMI Presbyteri homilia in Evangelium secundum Matthæum: Egressus JESUS & secessit

sit in partes Tyri & Sydonis &c. (9) Omelia LEONIS Papæ in Evangelium secundum Johannem: Dixit JESUS turbis Judæorum & Principibus Sacerdotum: quis ex vobis arguet me de peccato &c. habita ad populum in Basilica B. Petri Apostoli. (10) De S. LAMBERTO Episcopo lectiones novem. (11) De S. CLEMENTE Papa miraculum. (12) Passio Apostolorum PETRI & PAULI. (13) Passio S. ANDREÆ Apostoli. (14) Passio S. JACOBI Apostoli Fratris B. Joannis Evangelistæ. (15) Passio S. JACOBI fratris Domini cognomento Justi. (16) Passio B. PHILIPPI Apostoli. (17) Passio S. BARTHOLOMÆI Apostoli. (18) Passio S. THOMÆ Apostoli. (19) Passio S. MATTHÆI Apostoli. (20) Passio SIMONIS & JUDÆ. (21) De S. MARCO Evangelista. (22) De S. JOHANNE Apostolo. (23) Anonymi sermo in festo S. MATTHIÆ Apostoli. (24) Passio SS. Martyrum POLYCRONII, SIXTI, LAURENTII, YPOLITI & aliorum Martyrum. (25) Miraculum S. LAURENTII glorioſi Martyris. (26) Passio Beatorum Martyrum AGATII & Sociorum ejus. (27) Passio BARBARÆ Virginis. (28) Sermo B. JERONYMI Presbyteri in assumtione B. Mariæ. (29) Anonymi Homilia in Dominica infra octavas. (30) Sermo incerti auctoris in octava assumtionis B. MARIÆ. (31) Sermo B. BERNHARDI in nativitate S. JOHANNIS. (32) Ejusd. alius sermo in eadem nativitate. (33) Alius Ejusd. sermo. (34)

Quartus EJUSD. sermo in eadem S. Johannis Baptistæ nativitate. (35) Quintus ILLIUS sermo de eodem Johanne Baptista. (36) Sermo B. BERNHARDI de Angelis. (37) Alius de IISDEM sermo anonymi. (38) Sermo B. BERNARDI Abbatis in festo omnium Sanctorum. 6:.

XII. Fol. Chartaceum, si folia nonnulla membranacea interstincta excipias. Exhibet CATENAM SS. PATRUM, tum vet. tum recentiorum, AUGUSTINI, HIERONYMI, AMBROSII, GREGORII, CASSIODORI, HUGONIS, Nic. de LYRA &c. in PSALMOS DAVIDICOS, Auctorem seu Collectorem ætatemque notæ in Epilogo declarant, quæ ita habent: Explicit collectarius super librum Psalmorum collectus & finitus per Fratrem Petrum de HARENTHALS, Canonicum & Priorem Floreffiensem, Præmonstratensis Ordinis, anno incarnationis Domini millesimo tricentesimo septuagesimo quarto in mense Januario die quarto. Altera ætatem ipsius Codicis exhibet: Iste liber scriptus & completus est per sorores Katharinam de ARLUNO & Katharinam de BUSLEIDEN, Professas in monasterio S. Agnetis in TREVIRI super montem Angelorum, anno Domini MCCCCLXXVI. ipso die S. Barbaræ Virginis. Sit laus & gloria altissimo regnanti in sublimi polo. 6:.

XIII. Formâ minori. Charactere minuto, ast legibili & satis eleganti, circa medium Sec. XV. conscriptum, exhibens varia S. BONAVENTURÆ ac

alia

alia nonnulla. Occurrunt enim in hoc volumine (1) S. BONAVENTURÆ Seraphici & Cardinalis, ut in fine vocatur, soliloquium. (2) Ejusd. liber de arbore crucifixi. (3) Tractatus cujusdam ad interna ducens, devotioni aptissimus. (4) Tr. qui vocatur STIMULUS AMORIS. (5) Tr. ex dictis S. AUGUSTINI collectus per modum dialogi de anima. (6) S. BONAVENTURÆ sermones de decem præceptis. 2:30.

XIV. Fol. *Jo.* CASSIANI Presbyteri opera (1) Institutorum SS. Patrum libri duodecim ad Castoris Papæ petitionem, ut ex prologo patet, conscripti. (2) Ejusd. collectio collationum SS. Patrum ad Leontium & Ellagium Episcopos. 3:.

XV. Quart. Continens septem opuscula vet. quorum quinque priora in membranas exarata, duo posteriora vero papyro inscripta. Sunt vero sequentia: (1) Vita & miracula S. MATERNIANI Episcopi REMORUM, XII. capitibus absoluta, quorum ultima duo deficiunt. (2) HOMILIA in festo ASCENSIONIS Dominicæ in illud: Ascendit Deus in Jubilo. (3) Alia HOMILIA in illud Actor: In ipsa nocte erat PETRUS dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus. (4) Sermo de BENEDICTIONE, qua benedixit YSAAC filio suo Jacobo: Crescere te faciat Deus meus &c. In fine hujus sermonis depictus est (5) circulus vel schema rubro & cœruleo colore distinctum, sistens dies lumine decrescentes à solstitio æstivo usque ad tropi-

cum Capricorni. (6) VITA S. BONIFACII Episcopi. (7) S. MARCELLINI Presbyteri vita S. SWIBERTI Episcopi & Confessoris. Præcedit ad Gregorium Trajectensis Ecclesiæ Episcopum epistola. In fine leguntur nonnulla ex Patribus excerpta (1) ex opere CHRYSOSTOMI imperfecto super Evangelio: nisi habundaverit Justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum non intrabitis in regnum Cœlorum. (2) Ex AUGUSTINO ad Fratres de Heremo. (3) Ex BERNARDI sermone XVII. de diversis. 5:.

XVI. Quart. Initio Sec. XV. mira elegantia, si priora spectes, exaratum volumen, posteriora enim ab alia manu descripta sunt. Complectitur varia maximam partem MYSTICA. En syllabum: (1) Hugonis de S. VICTORE de laude Charitatis liber. (2) Ejusd. de arra animæ soliloquium. (3) Magistri *Jo.* GERSON, Cancellarii Ecclesiæ Parisiensis, Theologia mystica speculativa. (4) Ejusd. Theologia mystica practica. (5) Ejusd. liber de meditatione seu de meditationibus cordis. (6) Ejusd. de simplificatione, stabilitione seu mundificatione cordis libellus. (7) Ejusd. liber de directione seu rectitudine cordis. (8) *Ejusd.* GERSONIS dialogus de perfectione cordis, in quo Theologus loquitur ad animam Christianam, compositus anno 1423. (9) Liber de triplici via ad Deum, scilicet purgativa, illuminativa & unitiva per Fratrem *Jo.* de PALMA, Sacræ paginæ Professorem eximium. In fine hæc à Librario adjecta nota: Auctor hujus tractatus

alibi

alibi intitulatur *Hugo* de PALMA Cartusiensis. (10) *Bertrandi* de ALEN liber de cognitione Dei utilis multum & valde fructuosus. (11) Anonymi libellus de septem GRADIBUS CONTEMPLATIONIS. (12) Ejusd. explanatio alia quatuor specierum contemplationis. (13) Anonymi meditatio de Sacramentis EUCHARISTIÆ. (14) De EODEM dialogus inter sapientiam & discipulum. (15) Oratio devota de Sacramento EUCHARISTIÆ. (16) Speculum B. BERNARDI. In fine hi versus leguntur:

Est hoc Bernardi speculum velut unctio nardi
Mors Tua, mors Christi, fraus mundi, gloria cœli
Et dolor inferni sunt meditanda Tibi. 5:.

XVII. Fol. Codex membranaceus Sec. XIII. vel circa initium Sec. XIV. scriptus Charactere minutissimo, ast eleganti. Continentur in eo. (1) Collectaneum seu CATENA SS. PATRUM Lat. in epistolas PAULINAS, SEDULII Scoti, Viri dissertissimi. (2) Ex libro AUGUSTINI de Civitate Dei ad Epistolas Paulinas. (3) Sermo S. COLUMBÆ de increpatione humanæ vitæ. (4) De vitæ humanæ fragilitate sententiæ ISIDORI & HIERONYMI Presbyteri. (5) Anonymi concordia epistolarum PAULI Apostoli. (6) Liber S. AUGUSTINI, qui appellatur speculum. (7) Anonymi QUÆSTIONES in VET. TESTAMENTUM. (8) Sermones seu Commentarii JOHANNIS, Episcopi CONSTANTINOPO-

LITANI in epistolam B. Pauli Apostoli ad Ebræos, editi post ejus obitum, à CONSTANTINO Presbytero Antiocheno & translati à MUTIANO scholastico de Græco in Latinum. (9) Ex libro S. AUGUSTINI ad S. Simplicianum de Jacob & Esau expositio (10) ad librum JOBI de BEHEmoth explicatio. 9:.

XVIII. Fol. Codex membraneus Sec. XIV. exaratus, exhibens Commentarium in PSALMOS DAVIDICOS & CANTICA cætera Vet. & Nov. Testamenti. In fine accedunt enarrationes breves in ORAT. DOMINICAM, Symb. Apost. & Athanasianum ac denique interpretatio Alphabeti Ebraici. 7:.

XIX. Forma max. qua continentur (1) Sermones de tempore, per circulum anni, Domini BERTRANDI Cardinalis, quibus tamen inserti nonnulli Magistri *Jo.* NEWKEIM, qui etiam conscripsisse volumen ex folio 178. (b) colligitur, ibi enim sequentia leguntur: Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto emtus est liber iste per Jo. Molitorem Presbyterum, tunc temporis Vicarium in Lerpvver à Fidei-Commissariis Magistri Joannis Newkam, Presbyteri in Uffenhaim. Pertinuit postea Codex ad monasterium Riethveldense seu Riedeveldense, de quo Bruschius p. 101. quo fato inde ereptus sit, incertum est, benè tamen custoditum fuisse, catena ferrea, quâ etiamnum oneratur, testis est. Exhibet (2) STATUTA SYNODALIA GOTEFRIDI, Episcopi HERBIPOLENSIS promulgata

mulgata anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, in craſtino Franciſci Confeſſoris: Nova vero ſtatuta non eſſe, ſed è variis Conciliis ac aliorum Epiſcopum inprimis Johannis Prædeceſſoris ſanctionibus collecta & à Godefrido repetita atque confirmata, non modo prologus, ſed ipſorum etiam ſtatutorum rubra evincunt. 6:.

XX. Fol. In quo varia è veteri Codice, initio ſec. XV. exarato, deſcripta. Sunt vero (1) STATUTA CANONICORUM & Clericorum regularium. (2) Conſtitutiones & Ordinationes MARTINI V. Papæ, Archi-Epiſcopatui MOGUNTINO præſcriptæ per Legatum BRANDAM, Cardinalem. (3) COLLATIO facta anno Domini MCCCCXXVII. quinta decima die menſis Januarii VENETIIS, in aula apud S. Marcum, coram Duce Venetorum, qui vocabatur Franciſcus de Foſteris & coram magna multitudine aliorum per Magiſtrum JOANNEM de FRANCKFORDIA, S. Theologiæ Profeſſorem, quando Illuſtriſſimus Dom. Ludovicus, S. Rom. Imp. Elector, Comes Palatinus, rediit de S. ſepulchro, de itinere illo ad Terram ſanctam & ipſis ſanctis locis. Huic ſubjunguntur PEREGRINATIONES totius TERRÆ SANCTÆ, quæ à modernis peregrinis viſitantur. (4) Eoque ultimo loco occurrit *Ejusdem* JOANNIS de FRANCOFORDIA collatio, facta HEIDELBERGÆ in vigilia Epiphaniæ anno Domini MCCCCXXIII. ad Univerſitatem, in

qua agit de oblationibus, à tribus Magis, Christo factis & à Christianis omnibus præstandis 5:.

XXI. Duod. Codicillus membranaceus, initio Sec. XV. exaratus, exhibens varias de passione Christi meditationes ac Orationes in laudem B. Mariæ Virginis & Sanctorum. Occurrunt hic inter cætera (1) Clenodium B. BERNHARDI Abbatis de passione Domini. (2) Crinale s. sertum B. Virginis Mariæ, editum à B. BERNHARDO Abbate. (3) Oratio S. AMBROSII ante celebrationem. (4) Alia oratio ante celebrationem S. MARTINI Papæ. (5) S. THOMÆ de AQUINO oratio &c. 2:30.

XXII. Octav. *Jo.* HUSSI varia, ipsius ævô scripta. (1) Libellus lingua Bohemica scriptus: *Wyckład na otczie nesſ Swatijo Rzehory.* (2) *Jo.* HUSSI articuli decem, unde ejus Martyrium. (3) EJUSD. Liber de Sacramento Corporis & Sanguinis JESU Christi. In fine hujus leguntur versus è quibus patet scriptorem ROBERTUM, Hussitam fuisse, communionemque sub utrâque defendisse. (4) Variorum WICLEFITARUM & HUSSITARUM confessiones fidei de Eucharistiæ Sacramento. 3:30.

XXIII. Fol. Scriptum initio Sec. XV. exhibens Commentarium HENRICI de HASSIA in Genesin amplissimum. 4:.

XXIV. Octav. Codex membranaceus, in fine Sec. XIV. vel initio XV. scriptus. Libellus dicitur: PARA-

PARADISUS ANIMÆ intelligentis, duabus partibus constans, linguâ Germanicâ conscriptus. Continet vero diversorum auctorum in varia S. Scripturæ loca enarrationes ascetica & mysticas. 3:.

XXV. Fol. Liber Sec. XV. initio conscriptus lingua Germ. dictus *der SEELEN TROST*, continens CXXXXI. Parabolas Theologico-Historico-morales, ridiculis tamen figmentis contaminatas. 3:.

XXV. Duod. Circa finem sec. XV. conscriptus codicillus, complectens RHYTHMOS VET. GERM. (1) De JUDICIO extremo. (2) Historiam de S. ALEXIO & sponsa ejus, rhythmis quoque Germanicis contextam: *Daz Buch von S. Alexius und von seiner hubschen Brute.* 3:.

XXVII. Quart. Viginti Parabolæ Theologico-Morales, à quodam Tauleri discipulo circa finem Sec. XIV. conscriptæ, linguâ Germanicâ. 2:30.

XXVIII. Octav. Anonymi XV. SERMONES in SYMBOLUM APOSTOLICUM omnesque fidei articulos. 1:45.

XXIX. Quart. Codex membranaceus circa finem Sec. XIV. scriptus, continens quatuor anonymi SERMONES, quorum (1) De *Jo.* BAPTISTA in illud: Vox clamantis in deserto parate viam Domini &c. (2) In *Ejusd.* JO. BAPTISTÆ nativitate illud: Numquid produces luciferum in tempore suo & vesperum super filios terræ &c. (3) In festo Apostolorum PETRI & PAULI in illud Esaiæ: Hic sunt duæ Olivæ & duo

duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes &c. (4) Isque prolixior ſermo : De JUDICIO EXTREMO , in illud : Erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis &c. 2 :.

XXX. Fol. Liber myſticus initio Sec. XV. ſcriptus & figuris nonnullis ornatus. Titulus , ut ex præfatione patet , ex Apoc. IV. 4. deſumtus , inſcribitur enim DIE XXIIII. *ALTEN.* Totſcilicet capitibus abſolvitur opus , in quorum ſingulis ſenex Animam monitis ſaluberrimis inſtruit è SS. Patrum, BERNHARDI inprimis, ſcriptis deſumtis , licet haud parum fermenti pro temporum iſtorum ratione inſpergatur. Auctor OTTO PASSAVIENSIS Ord. S. Franciſci , ut ex fine Præfationis patet. 4 :.

XXXI. Fol. *Guil.* de VILLA , Cancellarii Pariſienſis, Commentarius in Evangelia ex SS. Patrum potiſſimum ſcriptis deſumtus. De ætate atque Auctore Codicis in fine hæc habentur : Explicit *Wilhelmus* de VILLA minor Cancellarius alias Pariſienſis. Non tamen minor , ſed medius ſeu ſecundus poſt Philippum de Corelio, qui dicitur Major. Finitus ac ſcriptus per NICOLAUM de HAYMONIA , ſed comparatus per Caſp. Organiſtam Eccleſiæ B. Eliſabeth Wratislavienſis , tunc temporis ſcil. anno Dom. MCCCCII. &c. 5 :.

XXXII. Fol. Chartaceum volumen , continens SERMONUM DISCIPULI partem æſtivalem. Scriptoris nomen ac tempus ex fine patet , ubi hæc leguntur : Explicit liber DISCIPULI eſtivalis

valis anno Domini XLIII. (post millesimum scilicet ac quadringentesimum, quod ex scriptura colligere est) in die Agnetis Virginis, per me Ulricum Minderr, tunc temporis Edituum in Goltingen. 3:.

XXXIII. Fol. Non una manu, nec eodem tempore, Seculo tamen XV. conscriptum volumen, sistens varia Theologico-historica. Occurrunt enim in illo (1) ÆQUIVOCA S. Scripturæ s. allegorica verborum S. Scripturæ expositio serie alphabetica digesta & ex SS. Patribus, ut in præfatione monetur, depromta. In fine hæc leguntur: Expliciunt æquivoca S. Scripturæ, (in festo) Judæ Gereonis & Sociorum ejus, decima die mensis Octobris 1469. in Gruningen per me Nic. Schadecker, Presbyterum Moguntinensis Diœceseos, Altaristam in Capella Beatiss. Virginis Mariæ ejusdem oppidi. (2) STELLA CLERICORUM seu anonymi libellus de officio Pastorum & Sacerdotum, descriptus & finitus in crastino Galli Confessoris 1469. (3) ISIDORI HISPALENSIS synonymorum libri duo. (4) CORDIALE de quatuor NOVISSIMIS. (5) ANSHELMI CANTUARIENSIS Episcopi libellus de misera hominis peccatoris conditione. (6) Anonymi libellus de PACE habenda in anima. (7) Liber de MILITIA CHRISTIANA, fine carens. (8) REFORMATIO CLERI MOGUNTINENSIS Diœceseos, facta per BRANDAM Cardinalem, seu novæ constitutiones & ordinationes MARTINI V. Papæ, Clero Archiepiscopatus Moguntinensis

tinensis præscriptæ per BRANDAM titulo S. Clementis SS. Rom. Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem, Placentinum vulgariter nuncupatum, in Regno Bohemiæ ac Misnensi Moraviæque Marchionatibus Apost. sedis Legatum, nec non Metropolitanarum Cathedralium aliarumque Ecclesiarum, monasteriorum & piorum locorum regularium & religiosorum quarumcunque partium Alemanniæ Reformatorem generalem per eandem sedem specialiter deputatum, tempore Conradi Archiepiscopi Moguntini. (9) Anonymi GESTA, ut titulus habet, Romanorum seu potius farrago CLXXXIII. narrationum historicarum. (10) COLLATIO facta anno Domini MCCCCXXVII. quinta decima die mensis Januarii, Venetiis in Aula apud S. Marcum coram Duce Venetorum, qui vocabitur *Franciscus* de FOSCARIS & coram magna multitudine aliorum per Magistrum JOH. de FRANCOFURDIA, S. Theol. Professorem, quando Illustr. Dominus Dux LUDOVICUS S. R. Imperii Elector Comes Palat. Rheni rediit de S. sepulchro. Annectuntur PEREGRINATIONES TERRÆ S. quæ à modernis peregrinis visitantur & narratio de ipso Electoris Palatini LUDOVICI ad TERRAM S. ITINERE. (11) *Ejusd.* M. *Jo.* de FRANCOFORDIA collatio, facta HEIDELBERGÆ in vigilia Epiphaniæ Domini anno ejusdem 1423. coram Universitate ad Matthæi Cap. II. de DONIS à MAGIS oblatis. (12) Alia COLLATIO pro recommendatione quorun-

quorundam Licentiandorum per *eundem* JO. de FRANCOFORDIA ſuper thema deſumtum ex Lucæ Cap. XI. in verba: Fortis armatus cuſtodit atrium ſuum &c. (13) Alia, EJUSD. ut videtur, COLLATIO in Licentiatura trium Baccalaureorum ſuper verba Dan. II. Honorem multum accipiet is &c. (14) Commendatio ſcientiarum EODEM auctore. (15) Ex collatione EJUSD. facta coram PAPA ſuper illud Eſaiæ I. Quomodo facta eſt meretrix Civitas fidelis. (16) Collatio de corpore Chriſti. (17) Collatio de adventu Domini noſtri JESU Chriſti. (18) Anonymi reſolutio quæſtionis: Utrum aliquis obligetur ad impoſſibile? (19) LUDOLPHI SUCHENSIS, vel Eccleſiæ in Suchen Parochialis, liber de TERRA SANCTA ad Baldevvinum de STENVORDIA, Paderburnenſis Eccleſiæ Epiſcopum. 8:.

XXXIV. Duod. Codex membranaceus initio Sec. XV. ſcriptus. Libellus GERHARDI ZUTPHANII, vel Zutphanienſis myſticus, de ASCENSIONE SPIRITUALI. 2:.

XXXV. Duod. maj. Volumen membraneum, Sec. XV. initio ſcriptum, ſiſtens varias FORMULAS EXORCISTICAS. Prior libri Poſſeſſor Severus Berſthyn, Parochus Alpinſpacenſis, initio libri ſequentia notavit: Forma exorciſandi Dæmonias, quâ utebantur in monaſterio Alpinſpach Herciniæ. Fundatum eſt hoc monaſterium anno Domini 1094. Imperatore Henrico quarto, Papâ Paſcali. Obiit ejus cœnobii extremus Abbas Hulde-

Huldericus Hamman an. 1545. die 19. Octobris Friburgi Brisgoiæ ibidemque sepultus, Hulderico Duce Würtembergensi Patriæ restituto. 1: 30.

XXXVI. Fol. Chartaceum volumen scriptum initio Sec. XV. Fuit liber Ecclesiæ S. Guiberti in Onolspach, ex testamento Magistri Jodoci Glaser, Diaconi olim ejusdem Ecclesiæ. Est vero pars tertia operis cujusdam de VITA CHRISTIANA inscripti ac variis libris moralibus constantis. Librorum, qui in hoc volumine continentur, tituli sunt sequentes: Liber tredecimus de passione & morte Salvatoris nostri Capitibus CXXVI. Liber quartus decimus de morali gloria secundum Evangelium. Cap. XXVIII. Sequitur Tractatus de processu peccatoris & reversione ad Deum Cap. XLVI. Alius Tractatus de malo & de generalitate atque spiritualitate malorum Cap. XXVI. Tractatus de Justitia Christiana Capitibus XLIII. 2:.

XXXVII. Duod. Paucis foliis constans libellus, in quo DECALOGUS legitur rhythmis vet. Germ. Sec. decimo quarto, ut ex vet. scriptura patet, contextus. 2:.

XXXVIII. Quart. Initio, ut videtur, Sec. XV. scriptum volumen. Sistit DIRECTORIUM in omnia FESTA per annum, ubi quæ legenda, quæ Homiliæ, qui Psalmi hymni &c. recitandi & quæ alia in quovis Festo die peragenda. Præfixæ quoque sunt de cujusvis Sancti vita morteque narrationes, collectore anonymo. 1: 45.

XXXIX.

XXXIX. Duod. Complectens varia ASCETICA circa med. Sec. XV. linguâ Germanicâ conscripta: (1) *Dat man sich vor Ydelheyt und vel-sprechens hæden sal.* (2) ARNOLDI, Canonici Regularis, visio. (3) *Von Vereinigung des Hertzens mit Gotte.* (4) *Von Achtersprache und Ordel, eyn ser treflich nutze Leere.* (5) *Wie ein geistlich Mann syne Synne regieren sal.* (6) *Eyn Leere Broders* CLAISSE *yn Swytzen.* (7) *Rosen des Engelschen Croitzes* &c. 1:30.

XL. Quart. MARQUARTI LINDAVIENSIS, Ordinis discalceatorum, de SACRAMENTO CORPORIS CHRISTI liber: Marquart *von* LYNDOW *Barfuser-Ordens, van dem würdigen Sacrament GOttes Fronlichamen.* Codex est sub finem Sec. XV. vel initium XVI. exaratus. 2:.

XLI. Quart. Initio Sec. XV. mirâ diligentiâ scriptum volumen. Exhibet anonymi SERMONES MYSTICOS Germ. in EVANGELIA, quæ diebus Dominicis & in festis Sanctorum explicari solent. 3:.

XLII. Quart. Complectitur hoc volumen præter librum de VINEA SPIRITUALI, sive de profectu Religionis, typis, sine loci tamen & temporis notâ, exscriptum, varias revelationes vitamque B. LUDGARDIS manu exarat. Habentur enim MSSta (1) Descriptio visionis seu revelationis de pœnis & gaudiis animarum, quæ fuit ostensa cuidam monacho religioso in Anglia anno Dom. MCXCVI. per coævum. (2) Descriptio apparitionis *Henrici* BUSCHMANNS, Agricolæ in

terra sive Ducatu Clyvensi dudum defuncti. (3) Apparitio GUIDONIS cujusdam. (4) Revelatio Sororis cujusdam defunctæ, in quadam religiosa congregatione sororum devotarum, in partibus inferioribus Germaniæ. (Græningæ scil. in introitu Frisiæ Occidentalis.) (5) (5) Vita piæ LUTGARDIS, quæ fuit monialis in Aquiria, monasterio Brabantiæ, auctore Sub-Priore ejusdem monasterii fratreque Ord. Prædicatorum. (6) Descriptio apparitionis cujusdam defuncti fratris in Ordine Cruciferorum, in monasterio Fratrum Ordinis S. Crucis prope Osnabrugensem Civitatem, quod dicitur mons Orientis. Dictus fuit ille, ut ex initio patet Cornelius de SUVENBERGH. 2:.

XLIII. Quart. Sec. XV. ut ex adjecta in fine nota mox subjicienda patet, scriptum volumen ANIMÆ PECCATRICIS SPECULUM dictum: *Der kœstlich und geistlich gulden Spiegel der armen sündigen Seelen.* In fine hæc leguntur: *Diß Büchlein ist usgeschrieben worden an Montag noch S. Ambrosius-Tag, als man zalt* MCCCCLXXVIII. *zu Heidelberg.* 1:45.

XLIV. Duod. Circa finem Sec. XV. scriptum, exhibet varias PRECATIONES & PSALMOS, Papistico fermento refertissimos. In fine vero adjectum est PSALTERIUM, quod B. MARIÆ vocant, in quo nefariâ temeritate ac blasphema plane ac superstitiosa admodum ratione, Psalmi Davidici in Mariæ honorem applicantur vel potius detorquentur. 2:.

XLV.

XLV. Quart in quo, præter alia nonnulla typis exscripta: (1) Legenda *von MARIA MAGDALENA.* (2) *Eyne suberlich Leere, genannt die SEVEN GULDEN STRASSEN.* (3) *Van CHRISTI LEVEN XXXIV. Stucke.* (4) *Die DRYE STRYDE, die unse lieve Herre hatte an dem Berge OLIVETEN.* (5) *Von der WYNCELLE, das is, von den LYDEN unsers Herren JESU CHRISTI.* 1:30.

XLVI. Duod. form. maj. Continet spissum hoc volumen HOMILIAS & alia nonnulla, quæ monialis Trevirensis in monasterio S. Agnetis Virginis & Martyris infra muros Trevirenses, ut initio & fine voluminis notatur, manu sua circa finem Sec. XV. conscripsit. 1:30.

XLVII. Duod. Codex membraneus Sec. XV. exaratus. Liber PRECUM Lat. & Gall. lingua conscript. pulcherrimis figuris miniatis, aut ludicris ac hinc inde satis obscœnis ornatus. 3:.

XLVIII. Duod. forma maj. Insigne superstitionis Papalis monumentum, exhibet enim hic liber Diarium BONORUM OPERUM MONIALIS cujusdam TREVIRENSIS in monasterio S. Agnetis ab an. 1480. ad an. 1538. 2:.

XLIX. Fol. Codex membranaceus litteris majusculis Sec. XIV. vel circa initium XV. conscriptus. Exhibet MARTYROLOGIUM ex BEDÆ & USUARDI (quorum præfationes quoque præfixæ:) aliorumque martyrologiis contextum. Accedunt in fine alia nonnulla: I. REGULÆ CANONICORUM. II. Excerpta ex libro OFFI-

CIORUM YSIDORI. III. GREGORII Papæ curæ Pastoralis libri. Dolendum initio & fine hujus Codicis aliquot folia, etsi pauciora, deficere. 9:.

L. Quart. Codex membr. Sec. XV. exaratus charactere minuto eoque eleganti. Continet HISTORIAM, quam vocant, SCHOLASTICAM. 6:.

LI. Quart. Circa med. Sec. XIV. conscriptum volumen, sistens Anonymi DESCRIPTIONEM TERRÆ SANCTÆ, jussu Reverendissimi in Christo Patris ac Dom. Domini BALDEWINI de STENVORDIA, PADERBURNENSIS Ecclesiæ EPISCOPI, conscripta MCCCXXXVI. 4:.

LII. Quart. Veteris cujusdam scriptoris ITINERARIUM ORIENTALE per terram inprimis Sanctam Sec. XV. initio scriptum linguâ Germanicâ. 3:.

LIII. Fol. Volumen membraneum eleganter scriptum, exhibens ACTA CONCILII CONSTANTIENSIS & BASILEENSIS authentica. Posterioris enim Concilii jussu congesta illa esse, ex præfixo patet decreto. Ipsa quoque Codicis inspectio docet, illum circa tempus, quo Concilium Basileense habitum, fuisse exaratum & quidem charactere elegantissimo. Dolendum autem Codicem hunc optimum in manus illotas vel potius profanas nonnullarum Virginum, ut prior Codicis possessor fide dignus retulit, incidisse, quæ margines absciderunt, ut scilicet membranas

nas dissectas ad operas manuarias (*zu Patronen zum Spitzen-klœpplen*) adhiberent. Quod cum inter tristia ac singularia planè vet. Codicum atque librorum fata detrimentaque omnino sit numerandum, non parum tamen gaudendum, quod textus vel scriptura illæsa manserit, si pauca excipias folia, ubi forfex unicam in fine lineam vel ultimas saltim litteras in margine abstulit, quæ tamen facile ex contextu vel vestigiis, quæ restant, suppleri vel restitui possunt. 25.

LIV. Duod. Varia manu, nec eodem tempore circa finem tamen Sec. XV. exaratum volumen. Continentur in eo (1) excerpta quorundam notabilium ex libello, qui de APIBUS inscribitur. (2) MARTYRIUM sive Legenda S. MARGARETHÆ. (3) EXEMPLA varia VIRTUTUM, CONSTANTII Abbatis, AGATHONIS, MACHARII, Abbatis SILVANI &c. (4) Magistri BERNARDI major compilatio circa doctrinam dictaminis vel de modo dictandi, h. e. de compositione litterarum, privilegiorum, contractuum &c. (5) De OFFICIO & requisitis boni Prælati. (6) Narratio de VDONE, Episcopo MEDENBORGENSE, anno Domini nongentesimo quinquagesimo octavo, Ottone tertio imperante. (7) SERMONES nonnulli sacri anonymi. (8) De modo CONFITENDI. 2.

LV. Quart. In quo (1) POMPONII LÆTI Antiquitates Rom. Sec. XV. descriptæ. (2) *Jo. Marii* PHILELPHI versus Panegyrici de B. MARIA Virgine, quadruplici carminis genere circa idem

tempus exarati. Præcedit sequens proœmium vel dedicatio, ex qua occasio scribendi patet:

Curasti mihi Virgo pedem mitissima lævum,
Quem cruciabat atrox noctesque diesque Podagra.
Ast ego pro voto: pro religione tenenda,
Promissum tibi reddo, canens tua Numina, carmen,
Ut mea sis tutrix: Mario, sacra Virgo, Philelfo
Sis Fautrix: serves natos cum conjuge chara.

Sequitur titulus: *Jo. Marii* PHILELFI, Artium & utriusque Juris Doctoris, Equitis aurati & Poëtæ Laureati Oratoria Cantio ad Mariam pientissimam Virginem &c. (3) Confessio Sancti ROBERTI in membranas nitidissimè lingua Gallica scripta & auro ac figuris ornata. *Cette Confession fist Seint Robert li Evesque de Nichole de ses mortels pechez.* In fine adjectæ ORATIONES duæ Latinæ. 4.;

LVI. Quart. Sec. XV. initio scriptum volumen, exhibens (1) STATUTA, ordinationes, exhortationes salubriaque monita pariter & consuetudines laudabiles CANONICORUM PRESBYTERORUM & CLERICORUM secularium in communi viventium ALEMANNIÆ SUPERIORIS. Et primum ordine recto ponuntur veluti bases & fundamenta totius status vitæ communis, ea quæ summi Pontifices ediderunt, statuerunt, ordinaverunt & servari præceperunt, prout ex eorundem summorum Pontificum bullis Apostolicis

cis: Martini quinti, Eugenii quarti, Pauli secundi, Sixti quarti & Innocentii octavi per nostrum generale Capitulum, ad hoc tunc legitimè congregatum, fideliter sunt extracta, pariter & elaborata. Dehinc diffusiori contextu annectuntur ea, quæ nostrum generale Capitulum auctoritate Apostolica fultum, statuit, decrevit, ordinavit ac servare præcepit. Pars prima continet extracta ex Bullis summorum Pontificum de institutis Capitularibus Canonicorum, Presbyterorum & Clericorum communis vitæ Alemanniæ Superioris. Pars secunda de officiis & officialium electione, auctoritate & constitutione. Pars tertia de culpis & transgressoribus ac de pœnis injungendis. 3:.

LVII. Duod. Initio Sec. XV. scriptum. Exhibens varia STATUTA & regulas monasticas & alia ad monasterium WATSTEINENSE, in diœcesi LINCOPENSI, potissimum spectantia. 1:45.

LVIII. Quart. In quo varia (1) PRIVILEGIA CELLITARUM, qui, ut ex prioribus litteris confirmationis patet, vulgo CELLEBROEDERS, per ignominiam vero LOLLARDI dicti, linguâ Belgicâ scripta circa fin. Sec. XIV. vel initio decimi quinti. Titulus præfixus sequens est: *Privilegien die die Celle Broeders hadden voer die Professie.* Decem sunt numero privilegia diversis temporibus data. (2) *Philippi* THEOPHRASTI PARACELSI explicatio figurarum in Carthusia NORIMBERGENSI depictarum, è lingua Lat. in Belgicam versa per *Davidem* KAMERLYNCK

VVilmſz circa finem Sec. XV. vel initio decimi ſexti: *Wtlegginghe der Figuren, die ghe vonden ſyn in't Carthuſer Clooſter tot Norenburgh, en die noch aldaer van de Overheyt voor een groot Secreet opgehouden en bewaert werden. Gevoert in der grondt der Chaldeen der Wyſen ofte Magiſche Propheteeringhe door* Philippus THEOPHRASTUS PARACELSUS, *der Medicynen Doctoren, natüerlicker Dingen Konſtenaer*, Aſtronomus *der Sterren en des Hemels Loop Konſtenaer. Wt het Werck van den voorſeyden Autheur in Nederduytsz getranslateert door David Kamerlynck Wilmſz. Deſe Figueren en wonderbarlicke Magiſche Openbaringhen ſyn voortgebracht ten tyde van Keyſer Frederyck Barbaroſſa in't Jaer 1152. ſonder Wtlegginghe der Werelt voorgebeelt van de Wyſe, en ten tyde van den Keyſer Karle de vyfde, na rechte Magiſche Konſte wtgelegt en unpartydich verklaert. De Verſtandighe mogen ſien, wat deſe Figuren op den Rugge dragen.* (3) MISSÆ BACCHANALIS FORMULA ludicra, profana ac blaſphema, ex vetuſto Codice in quodam Angliæ monaſterio anno 1535. ut ex ſequenti ſuperſcripta nota linguâ Belgicâ patet: Miſſa de potu *of een Extract uyt een Boeck gevonden in Engelant in een Abdie, tuſſchen Norwits en London, in den Jaere 1535. als Coninck Hendrick de achſte alle de Cloſters ruyneerde ende alle de Monnicken ende Begynen ten Lande uytdreef, waer meede de voorſ. Monicken van de Abdye op Feeſtdaegen haere recreatie mede hielden.* (4) Occurrunt in hoc volumine INSCRIPTIONES aliquot VETERES,

quæ

quæ velut testes Veritatis in variis Ecclesiis visuntur linguâ Belgicâ, Gallicâ & Latinâ. His tandem inscriptionibus (5) & ultimo loco succedunt FIGURÆ aliquot ludicræ atque obscœnæ in chartam cœruleo, nigro & rubro colore depictæ, quæ in Ecclesiâ S. Johanni dicata SYLVÆ Ducis cernuntur, ut ex præfixa nota sequenti elucet: *Monsieur* Henry CAPES, *Conseiller de la Ville de Bois le Duc a fait dessiner toutes ses figures & elles se trouvent encore dans l'Eglise de cette ville là où l'on peut conclure, qu'on n'a pas este scrupuleux a monstrer à tout le monde la vie licentieuse & scandaleuse des Moines.* 5 L.

LIX. Fol. Codex membranaceus Sec. XIV. vel initio sec. XV. exaratus, exhibet librum M. GUILLERMI de MANDEGOTO, Archi-Diaconi NEMAUSIENSIS de ELECTIONIBUS (EPISCOPORUM &c.) faciendis & earum processibus. Adj. in margine Glossa seu Commentarius copiosissimus. 5 L.

LX. Fol. Chartaceum sec. XV. scriptum volumen, exhibens varia. Occurrit enim (1) TABULA MARTINIANA, seu Fr. MARTINI, Ordinis Prædicatorum Dom. Papæ Pœnitentiari atque Capellani REPERTORIUM IN JUS CANONICUM, Ordine alphabetico digestum, (2) *Guilielmi* DURANDI Pars ultima repertorii aurei. Adjecti in fine versus sequentes:

Quæ quidem plura sunt sparsim tradita jura,
Hæc nunc Scriptura facili monstrat Tibi cura.

(3) Tr. Rev. D. PANORMITANI Cardinalis pro justificatione actorum Sacri CONCILII BASILEENSIS. In fine hæc notantur: Præmissa fuerunt Proposita in FRANCKFORDIA Moguntinensis Diœcesεos, per Reverend. Dom. Cardinalem PANORMITANUM, Legatum sacri Basileensis Concilii, in præsentia Oratorum Sereniſſimi Domini Rom. Regis & Dominorum Electorum, Dominorum Episcopi Augustensis, Episcopi Chiemensis, Marchionis de Rötelen & cœterorum per dictos Regem &c. Deputatorum mense Juni, MCCCCXLII. (4) De ordine & numero SCISMATUM; seu anonymi narratio Chronologica de XXVI. schismatibus ab an. Christi CCCXLIX. ad annum MCCCXVI. (5) B. HIERONYMI, Presbyteri liber de VIRIS ILLUSTRIBUS. (6) GENNADII, Presbyteri liber de VIRIS ILLUSTRIBUS. (7) HIERONYMI de duodecim scriptoribus Augustino, Hilario &c. epistola CXLIX. (8) Quæstio utrum INDULGENTIÆ defunctis valeant (prosint?) disputata & determinata (ut in fine annotatur) fuit PADUÆ per Fratrem JOANNEM, Lectorem de BONONIA, Fratrum Heremitarum Ordinis S. Augustini. (9) CONSTITUTIO seu Decretum, quod dedit CONSTANTINUS Imperator, Sancto SYLVESTRO, Romanæ urbis Pontifici succeſſoribusque ejus Romanæ Eccleſiæ Pontificibus & Papis in perpetuum valitura seu valiturum. (10) Tr. de SANCTIFICATIONE SABBATHI circa MOLEN-

LENDINA, editus per famosum S. Theol. D. Ordinis Carthusiensis, in domo S. Salvatoris prope Erfordiam approbatus & subscriptus per quatuor Doctores dictæ facultatis ibidem. Adj. (1) additiones de inchoationibus FESTORUM & de Vectoribus. (2) Forma exemplaris sanctificandi SABBATHUM ab irreprehensibiliter vivere volentibus, maxime à Religiosis, servanda, ab eodem Doctore concepta. (3) Quæstio LEONARDI de UTINO in quadragesimali suo: an confessio possit fieri à Laicis Christi fidelibus alia die, quam die Paschæ, stante statuto Concilii: Omnis utriusque sexus Ex. de Pe & Re, quia in Evangelio dicitur vespere Sabbathi, id est, prima die septimanæ, quæ est dies Dominica. (11) Index in B. AUGUSTINI de Civitate DEI libros satis copiosus. (12) JOHANNIS XXII. Papæ & aliorum Pontificum Rom. INDULGENTIÆ, quas variis precationum formulis indulserunt. (13) M. PETRI de VINEA (al. de Vineis) ad Prælatos CONCILII BASILEENSIS epistola satis prolixa, sine additâ temporis notâ. Initium est: Universis Papali vocatione vocatis scribens in ambiguo mandato &c. finis: ex qua tantum debeat obedientæ vinculum observari. 15.

LXI. Quart. Codex membranaceus nitidissime Sec. XV. initio scriptus. Excisa sunt initio & fine aliquot folia. Exhibet vero duo vet. JCtorum scripta videl. (1) SUMMAM Fr. RAIMUNDI, Ord. Præd. de POENITENTIA. (2) SUM-

(2) SUMMAM Magistri TANCRETI de MATRIMONIO. 12:.

LXII. Fol. Scriptum Haynæ in Hassia anno Dom. MCCCCLXXX. volumen, exhibens (1) STATUTA HERBIPOLENSIA GOTHOFREDI, Episcopi, videlicet (1) Reformation *oder Gesetze der Geistlichen Gerichte im Stifft zu WURTZBURG*, dat. *Würtzburg am Samstag vor dem Sontag* Judica *in der Vasten, nach Christi Geburth vierzehen hundert und darnach im sechs und viertzigsten Jahr.* (2) REFORMATION *der Gesetze der Zent-Gericht im Stifft zu WIRTZBURG. Geben am Freytag vor S. Dionysien-Tag nach Christi Gepurt Vierzehenhundert und im Sieben und viertzigsten Jare.* (2) SPECULUM SUEVICUM Goldastianâ, Meichsneriana & Burgmeisteriana editionibus, multis maculis deturpatis, versius atque nitidius, multis etiam in locis auctius ac in libros tres capitaque concinniora digestum. (3) Sequitur in hoc volumine JACOBI THERAMENSIS PROCESSUS CHRISTI contra BELIAL: *Prœster Jacob von Therams, gut, nutzlich Buch von der rechtlichen Uberwindung Christi wider Sathan, den Fürsten der Hellen und des Sünders Betröstunge* anno Dom. MCCCCLXXX. secundo in vigilia Epiphaniæ Domini. 20?.

LXIII. Fol. Quo continentur RHYTHMICA Sec. decimo tertio seq. conscripta; ipse vero Codex decimo quarto vel initio decimi quinti exaratus videtur. Occurrunt autem in ipso

(1) Hi-

(1) Historia BELLI à CAROLO M. cum SARACENIS gesti, Germanicis rhythmis descripta. Goldastus in notis ad Paraenetica, ubi aliquos ex hac historia versus adducit, auctorem ante DC. annos vixisse arbitratur. Nomen auctoris est STRICKÆRE, ut ex initio carminis patet. In priori voluminis tegmine CAROLI M. Imp. imago à veteri manu haud ineleganter depicta cernitur, hac quidem formâ, ut stolâ ruffa indutus in Solio sedeat, dextrâ gladium ab Angelo porrectum, sinistrâ vero sceptrum, cujus acumen in lilium abit, tenens. Facies pulcra, quam Barba promissa eaque satis longa venerabilem ac ob litem, quæ de eadem inter Eruditos adhuc est, satis notabilem reddit. Corona triplex, quibus caput ornatum, animadversione quoque digna. Papali fere similis est, nisi quod paulo altior atque magis acuminata sit, ac lilium quoque Francicum in ipso acumine habeat. (2) In hoc volumine legitur WOLFRAMI ab ESCHENBACH Historia WILHELMI NARBONENSIS. Eadem est cum illâ, quam supra Codex membranaceus exhibuit. De Authore Prior Possessor manu sua hæc notavit: Auctor hujus Poëmatis est WOLFRAM ab ESCHENBACH, qui circa an. 1200. vixit in Aula Hermanni, Landgravii Thuringiæ & functus est officio Poëtæ & Capellæ Magistri (eo tempore dicti *Meister-Sænger*) fuitque Primarius Poëta Germanus ejus temporis, cui etiam debemus *Clamureth und dessen Sohn, Parcifallrith*,

rith, den ſtarcken Rennewarth. Vid. continuirter *Schauplatz und Labyrinth der Zeit*, p. 220. it. *Wagenſeil von den Meiſter-Sangern.* (3) Continet hoc volumen ACTA BARLAAM & JOSAPHAT rhythmis quoque veteſtis Germanicis expreſſa ab anonymo. In fine denique medica nonnulla ab alia manu adjecta leguntur. 15:.

LXIV. Quart. Quod licet recentiori maximam partem manu exaratum ſit, potiora tamen à vet. auctoribus conſcripta ſunt. Occurrunt autem in eo ſequentia. (1) GESTA HEINRICI QUARTI IMP. metrice verſibus ſcilicet Leoninis, libris III. deſcripta. (2) Alterum quod in hoc volumine ſequitur ſcriptum, in fronte depictam habet arborem à cujus ramis ex utroque latere Scutum pendet, in quorum dextro Leo major, in ſiniſtro vero duo minores comparent. Supra arborem hoc libri rubrum legitur: OLANDIÆ GELRIÆQUE BELLUM, infra eandem vero ſequentes verſiculi:

Audax ſum fateor ſcriptor verax tamen idem,
Scribo res nudas, ut decet Hiſtoricum.
Ite procul chari; ſalvete, valete Sodales,
Me ſinite ut ſolum fulmina ſæva petant.

Auctor, ut ex præfationis initio patet, eſt WILHELMUS HERMANNUS OLANDUS, Goudanus, Canonicus D. Aurelii Auguſtini in Steyn prope Goudam, qui vixit Sec. decimo quinto, quo etiam tempore ac forte ipſius auctoris manu exarata videtur hæc hiſtoria. (3) In hoc volumine habetur anonymi ſuccincta

IMPE-

IMPERATORUM GERMANICORUM à Conrado I. usque ad Sigismundum Cæsarem HISTORIA. (4) Fragmentum CHRONICI FRANCOFURTENSIS ad Mœnum Germanici ab an. Chr. 1474. ad an. 1589. (5) Anonymi GENEALOGIA Illustrissimorum COMITUM in SOLMS, lineæ potissimum LAUBACO-SOLMEJÆ producta & scripta circa an. 1622. lingua Germanica. 8 :.

LXV. Quart. Codex est membranaceus Sec. XIV. exaratus, exhibens (1) MEGINHARDI de miraculis S. ALEXANDRI, S. Felicitatis filii, librum, quo SAXONUM res gestæ atque conversio simul enarrantur. Adjecta est in fine *ejusdem* MEGINHARDI ad Sundroltum Presbyterum epistola. (2) Tria themata natalitia, quibus manus antiqua ipsi Servatori CHRISTO HOROSCOPUM, initio Sec. XV. adornare non dubitavit atque adeo Cardanum aliosque temeritate antevertit. 8 :.

LXVI. Fol. Codicis hujus membranacei pars prior Sec. XIV. vel initio decimi quinti exarata, posterior vero à manu recentiori circa finem scilicet XV. scripta. Sistit vero illa PRIVILEGIA, Jura ac statuta Ecclesiæ B. MARIÆ TRAJECTENSIS. Habentur hic diplomata LVIII. egregia. (2) In hoc volumine legitur Transsumtum, ut vocant, PRIVILEGIORUM Domus & Ordinis S. MARIÆ THEUTONICORUM Baliviæ TRAJECTENSIS, per Officialem Curiæ Trajectensis, Judicem ordinarium. Dat. & actum Trajecti in Consisto-

Consistorio Trajectensi sub anno à nativ. Dom. millesimo quadringentesimo tertio, indictione sexta, die vero Mercurii mensis Novembris octava &c. Ipsum omnino videtur autographum, in quo habentur IX. Privilegia. 20:.

LXVII. Fol. Formâ scil. majori, ast graciliori. Sistit DIPLOMATA ac alia Ecclesias ac res ULTRAJECTINAS concernentia, linguâ Lat. & Belgica. (1) Occurrunt nonnulla, quæ ad Ecclesiam Minorum Ord. S. Francisci spectant. Numero sunt XII. diplomata. (2) De Candelis ante S. MARTINUM & stationibus Ecclesiæ & sermonibus, h. e. quot & quibus diebus accendantur Candelæ & reliquiæ exponantur, ante imaginem B. Mariæ & B. Martini. (3) Rationarium ac liber memorialis cujusdam Ecclesiæ & Conventus Ultrajectensis, in quo non solum reditus & alia ad eandem Ecclesiam ab anno LXXV. usque ad XCII. Sec. scilicet decimi quinti spectantia notantur, sed alia etiam inprimis rem monetariam istius seculi pertinentia inseruntur. 12:.

LXVIII. Fol. Scriptum circa finem Sec. XV. volumen, quod ex præfixa à vet. manu nota patet: *Dut copie Bouck gemaket hart vor unde na Paschen* anno 1486. quo scil. anno cœptum ac postea continuatum videtur. Continet vero varia PACTA FAMILIARUM, cessiones, contractus emt. & vendit. Litteras Feudales &c. quæ ad illustres in Saxonia infer. familias utpote Steynberge, Mandelsloe, Nettlingen, Salder, Althen, Bocke, Wetberge, Wenden, Oberge, Vorne-

Vorneveſſen, Langleghen, Harlſen, Boitzen, Hemeringk, Hagen, Bockele, Schvvichelte, Bortfelde, Here, Vechette, Reden, Velden, Northolte, Wülfftich &c. ac quamplurimas alias, potiſſimum vero Brandtiorum Familiam pertinent. Ad hanc enim ſpectaſſe olim, non modo varia alia indicia evincunt, ſed exinde etiam colligitur, quod maxima in eo occurrentium monumentorum pars, res Tilen BRANDES, Præpoſiti ad S. Crucem Hildesh. & Henningk Brandes, Conſulis ejuſdem urbis, qui in fine XV. & initio XVI. Sec. vixerunt, tangant. Faciunt autem non tantum ad res & Genealogias privatorum, ſed varia etiam acta publica ac hiſtorica quoque nonnulla inſerta leguntur, quæ ad illuſtrandam Saxoniæ inferioris & potiſſimum Epiſcopatus Hildeſienſis Hiſtoriam apprimè faciunt. Numerus monumentorum in hoc volumine contentorum ad DCCIII. excurrit. 12:.

LXIX. Fol. Scriptum nitidiſſimè initiô Sec. XV. volumen. Eſt autem *Matthæi* PALMERII Florentini de temporibus liber, ad Petrum, Coſmi filium Medicem, à Chriſto nato uſque ad annum MCCCCL. 8:.

LXX. Fol. Vetuſtiſſima armorum gentilitiorum ſeu inſignium collectio circa finem Sec. XIV. vel certè initio decimi quinti facta. Coloribus, aſt rudiori penicillo depicta quidem ſunt inſignia, ob antiquitatem tamen non modo veneranda, ſed quod non rarò ab hodiernis varient ac multarum Familiarum extinctarum arma gentilitia exhibeant

hibeant, in pretio habenda. Nonnulla tamen ex ingenio confícta immixta videntur. 12:.

LXXI. Fol. Sec. XVI. initio exaratum volumen. Hieronymi ſcil. BALBI, Poëtæ Oratorisque celeberrimi Epigrammatum opus. 4:.

LXXII. Quart. Clari Oratoris *Franc.* BARBARI de re uxoria, ad Laurentium de Medicis opus, ut ex fine epiſtolæ dedicatoriæ patet, pro mutua benivolentia inſtar præclari muneris in nuptiis oblatum. Elegantiſſimè ſcriptus liber eſt, in cujus fine legitur: Franciſci Barbari de re uxoria. Finitum Utini 1462. 5. Aug. 3:.

LXXIII. Fol. VOCABULARIUM Latino-Germanicum Sec. XV. ſcriptum. Adjecta enim eſt hæc nota: Explicit vocabularius, ſcriptus per me *Erhardum* GUNTHER de Argentina, tunc temporis Studentem in Pfortzheim & finitus Dominica proxima poſt feſtum Jacobi Apoſtoli, anno Dom. XXXVII. Adjecta ſunt in fine XIV. monumenta vet. 8:.

LXXIV. Fol. HISTORIA Romanenſis TRISTANI rhythmis Germ. vet. contexta & è Codice antiquo deſcripta, in fine legitur: *Dis Buch hat geſchrieben Hans Brant, betten GOtt für die Sellen.* MCCCCLXXXIX. Jor. 5:.

LXXV. Quart. Sec. XV. contextum volumen, varia exhibens, tum vet. tum recentium auctorum ſcripta. Occurrit enim in hoc (1) SALLUSTII in Catilinam liber, cum notis interlinearibus ac marginalibus uberrimis. (2) PLAUTI Amphitruo, verſibus heroicis ab anonymo redditus

tus. (3) VIRGILII de hortulo carmen. (4) De FRIDERICO VICTORIOSO Comite PALATINO carmina Magistri WENDALINI de Lensvviler & Magistri *Jo.* de CAPELLA. (5) *Stephani* SURGONII, Ord. Humiliatorum in obitum Eberhardi Bruxellensis carmen. (6) PAMPHILUS de amore seu carmina varia de Pamphilo & Galathea. (7) Carmina varia, inter quæ Epitaphia FRIDERICI PALATINI per *Stephanum* de WERDEA, *Michaelem* de AMBERGA, *Jac.* à SCHLETSTAT &c. (8) INVECTIVA contra Ecclesiæ Præsides eisque subditum CLERUM. (9) Carmen ALANI, probans VIRGINES præ mulieribus in matrimonium esse ducendas. (10) Disputatio seu conflictus ANIMÆ & CORPORIS carmen. (11) De LYDIA puella carmen elegans. (12) VIRGILII Maronis de Baccho & Venere carmina. (13) Cauteriaria, Comœdia. (14) SAPHUS Lesbiæ, ad Phaonem Siculum, dilectum suum, epistola, carmine Latino haud ineleganti. (15) Anonymi GRAMMATICA. (16) TABULÆ variæ ASTRONOMICÆ cum earundem explicatione, MCCCC XLVIII. conscripta. (17) *Nic* SALTZMESSER, Rectoris Scolarium in FRANCKINFORD compendium Rhetoricæ anno Domini MCCCCXII. finitus circa festum Michaëlis. (18) De arte dictandi, hoc est, de Epistolarum ac privilegiorum potissimum scribendi ratione, una cum exemplorum copia. (19) GRAMMATICA & ETYMOLOGICA varia. (20) Liber ANTIGA-

MARATUS dictus, MORALIA, versibus Leoninis complectens, unà cum commentario uberrimo. (21) RHYTHMI nonnulli vet. Germanici explicatione Latina illustrati. 4:.

LXXVI. Fol. THUCYDIDIS Historici de bello Peloponesiaco libri octo per *Hier.* BONERUM, Scultetum Colmariensem, in linguam Germ. an. MDXXXII. ut in fine dedicationis ad E. à Rüschach, Præfectum Lauffenbergensem patet, versi: Thucydides *der allertheuerste und dapfferste Historien-Schreiber von dem Peloponeser Krieg in acht Bücher abgetheilt, darinnen seltzame und wunderliche Hændel und Kriege, so die Griechen wider einander geführt, begriffen, nicht weniger nothwendig, als nützlich zu lesen, verteutscht durch Herrn* Hier. BONER, *Schultheissen zu Collmar.* 3:.

LXXVII. Folia duo membranacea forma, quam quartam vocant, exhibentia insigne fragmentum GEORGICORUM P. VIRGILII cum notis vet. anonymi interlinearibus & marginalibus, initio Sec. XV. eleganter scripta sunt folia hæc, ut dolendum sit, reliqua hujus Codicis periisse. 1:30.

LXXVIII. Quart. Complectens varia, tum priscorum, tum recentium auctorum scripta. Exaratum vero videtur initio Sec. XVI. Habentur in illo (1) *Philippi* BEROALDI Bononiensis ad Magnificum Hannibalem Bentivolum carmen. (2) Tabula TANCREDI ex BOCATIO carminibus descripta, à *Philippo* BEROALDO in Lat. versa. (3)

(3) Liber *Lucii Annæi* SENECÆ de quatuor virtutibus Cardinalibus, vel de formula honestæ vitæ, scholiis illustratus. (4) Carmen Dicolon Tetrastrophon - Sapphicum - Penthametrum - Trochaicum - Endecasyllabum, adjuncto Adonico dimetro - dactilico, à mellifluo Doctore BERNARDO compositum, planctum de variis mundi reatibus promens. (5) *Q.* HORATII Flacci ode decima quarta, ad Posthumum, de morte inevitabili, cum annotationibus & glossa interlineari. (6) Carmen Sapphicum *Raphaëlis* SONEZONII, Poëtæ in PASSIONEM Domini nostri JESU CHRISTI. (7) HORATII Flacci epistolarum liber I. & II. unà cum notis per *Philippum* GRUNSFELDIUM, anno millesimo quingentesimo decimo quinto 6. nonas Martias. (8) ARISTOTELIS Stagyritæ Philosophorum maximi, œconomicorum libri duo, à *Leonardo* ARETINO noviſſimè translati, unà cum commentario uberrimo. (9) *Æneæ* SYLVII, Poëtæ, in agrestes mulierum maritos. (10) PASSIO Dom. nostri JESU CHRISTI à JUVENCO Presbytero metricè compositæ, secundum Evangelium Matthæi XXVI. Marci XVIII. Lucæ XXII. & Joannis II. notis explicata. (11) LACTANTII Firmiani, Poëtæ Catholici, de situ terrestris Paradisi ortuque natura & obitu unici PHOENICIS carmen elegiacum, annotationibus quoque instructum. (12) Ejusd. de lætabunda Christi resurrectione carmen elegiacum, cui etiam Commentarius adscriptus. (13) *Philippi* BEROALDI de die Dominicæ

minicæ Passionis carmen, quod quidem Norimbergæ per Fridericum Peypus initio Sec. XVI. typis exscriptum, hic vero notis manu exaratis exornatum est. (14) *Henrici* BEBELII, Justingensis, ad juvenes, ut in tempore juventutis discant, carmen exhortatorium manu descriptum. (15) Epigrammata *Baptistæ* MANTUANI Carmelitæ MSSta. Præfixus est index vocabulorum, tabula de novem Musis ac denique *M. Viti* WERNERI Sulzveldensis ad Lectorem endecasyllabum. Carmina omnia notis marginalibus ac interlinearibus exornata. (16) *D.* HIERONYMI pervenustæ aliquot epistolæ. Prima de utilitate scribendi epistolas. Secunda de vita Malchi, seu monachi captivi. Tertia de muliere falsò de adulterio accusata & morti adjudicata, septies per lictorem percussa & tandem virtute divina vitæ reddita, ultima de honorandis parentibus. Typis quidem exscriptæ sunt hæ litteræ Augustini in fine Sec. XV. notis tamen manu adjectis ornatæ & illustratæ. (17) OVIDII Tabula de Piramo & Thysbe ex libro IV. Metamorph. MS. unà cum observationibus. (18) *Bapt.* MANTUANI, Carmelitæ Theologi, de contemnenda morte carmen, commentario illustratum. (19) *Q.* HORATII Flacci Ode decima, carmen sapphicum, cui etiam notæ adscriptæ. (20) Carmen sapphicum endecasyllabum *Fridiani* PIGHIMUCII pro peste ad S. Sebastianum, unà cum adnotationibus. (21) Carmen de valida tuba in B. HIERONYMI laudem. (22) Ode

nona

nona Q. HORATII ad Teliarchum puerum, quem ad voluptatem lætioremque vitam hortatur. (23) Ejusd. Ode secunda mysticæ vitæ laudes continens, utraque notis explicata. (24) *Bapt.* MANTUANI ad D. Virginem Mariam, votivum carmen. (25) Ejusd. ad Reverendiss. & Illustriss. Sigismundum Gongalium, Prothonotarium elegia contra amorem. (26) Hymnus Jambicus quadri membris sex syllabarum anonymi, in FESTUM ANNUNCIATIONIS gloriosissimæ Virginis MARIÆ. (27) *Joannis* REUCHLINI, Phorcensis, Sergius Comœdia, seu in eandem prologus, ipsa enim Comœdia deficit. 5:.

LXXIX. Quart. Codex præstantissimus membranaceus venerandæ planè antiquitatis, scriptus scilicet Sec. IX. vel circa decimi initium. Complectitur ASTRONOMICORUM vet. scripta, quibus tamen recentiora nonnulla Astronomica annectuntur. (1) Occurrit ARATI Astronomicon, cui præfixæ leguntur prolixæ duæ anonymi in id præfationes, duarum semisphærarum descriptio ac denique ARATI vita. Ornatum quoque est figuris signorum cælestium, eleganter satis depictis. (2) Epitome Phœnomenon PRISCIANI Grammatici cum explicatione prosaica anonymi. (3) HYGINI Poëticon Astronomicum, seu Poëtica Astronomica ad M. Fabium. (4) Q. CICERONIS versus hexametri de signis cœlestibus, quibus accedit carmen prolixius de cæteris stellis in quinque circulis positis. (5) Ex-

cerptio de ASTROLOGIA. Ita manus imperita inſcripſit. Eſt vero brevis anonymi SIGNORUM COELESTIUM deſcriptio. (6) Anonymus de ordine ac poſitione STELLARUM in ſignis, ſeu expoſitio, ut in prologo dicitur, ſiderum, quæ fixa cœlo plurium coacervatione ſtellarum, in ſignum aliquod formata vel fabuloſè variarum genera formarum in cœlum recepta creduntur, juxta ordinem Arati digeſta. (7) Periegeſis PRISCIANI Grammatici Cæſarienſis carm. in fine legitur: Explicit Periegeſis, id eſt, deſcriptio Orbis terrarum & maris Priſciani Grammatici ſecundum Dionyſium. (8) Anonymi de MONOSYLLABIS carmen. (9) Carmen de ventibus incerti ac priſci, ut videtur, auctoris. (10) Verſus CATONIS de Muſis. (11) Anonymi deſcriptio de diſtantiis ac intervallis Aſtrorum. (12) De QUANTITATE ORBIS Terræ. (13) BEDÆ, Presbyteri de natura rerum liber, conſtans Capitibus LI. (14) Anonymi de TEMPORIBUS liber ac de variis mundi ætatibus. (15) TABULA CHRONOLOGICA à mundo condito uſque ad Juſtinianum I. Imp. (16) Anonymi diſquiſitio, quid ſit pars? (17) De CURSU LUNÆ ſigna, ſi quis computare non didicit unà cum Tabula. (18) De ÆTATE LUNÆ, ſi quis computare non poteſt, adjectæ quoque tabulæ quamplurimæ. (19) De COMPUTANDI ratione ac de MENSIBUS ex ſententia Ebræorum, Romanorum, Græcorum, Ægyptiorum & Chriſtianorum, unà cum XXIX.

Tabulis

Tabulis variis coloribus distinctis. (20) Liber anonymi de ratione temporum vel de COMPUTO ANNALI ex autoritate majorum. 12:.

LXXX. Fol. Codex membraneus recentior equidem, sed admiranda planè diligentia atque elegantia initio sec. XV. scriptus. Exhibet (1) Varia ex vet. Poëtis Lat. excerpta, videl. è VIRGILII libris Æneidos. II. Ex SILIO ITALICO, III. Ex Thebaide STATII. IV. Ex Ejusd. Achilleidos libris. V. ex LUCANO. (2) Q. HORATII Flacci odas juxta varia metrorum genera dispositas. 6:.

LXXXI. Fol. TERENTII Comœdiæ cum notis interlinearibus & marginalibus. De ætate Codicis hæc in fine testantur: Completus fuit hic Terentius per me Jacobum Not. filium Domini Petri de Ribischoris, de Verona, habitatorem portus, die Mercurii XIII. mensis Octobris 1423. 8:.

LXXXII. Fol. M. *Manl. Torq. Sever.* BOETHII liber de CONSOLATIONE PHILOSOPHIÆ, cum Commentario perpetuo ac glossa interlineari. Ætas Codicis ex fine patet, ubi imperitus scriptor hæc notavit: Explicit liber Boecii de Philosophico consolatu, in Lipzick per *Georgium* CZIRQUITZ anno Domini 1427. in vigilia S. Bartholomæi Apostoli. 4:.

LXXXIII. Fol. In quo (1) Duplex exemplum ÆNIGMATUM, quæ sub SYMPOSII nomine in Doctorum manibus fuerunt, à viro autem Cl. *Christoph. Aug.* HERMANNO nuper LA-

CTANTIO restituta sunt. Descripta illa sunt Londini ex Bibliothecæ Regiæ & Cottonianæ Codicibus. Quibus cum ad elegantissimam editionem suam usus esset, in meam Bibliothecam recondita illa voluit apographa Vir Humanissimus jam dictus HEVMANNUS. (2) Anonymi in C. PLINII Sec. Naturalis Historiæ librum septimum annotationes Sec. XV. scriptæ. (3) Viri Illustris *Ulrici* OBRECHTI notæ & lectiones variantes in QUINTILIANUM. 3:.

LXXXIV. Octav. Neque Codex, neque liber, neque volumen propriè potest dici. Membranæ sunt ex una parte eaque extrema leviter consutæ, in quarum utraque pagina tres columnæ lineis arctissimis exaratæ. Continent vero ASTRONOMICO-ASTROLOGICO-MEDICA auctoris anonymi, ast vetusti. Scriptura enim est Seculi ad minimum decimi quinti. 2:.

LXXXV. Fol. Complectens varia Sec. XV. exarata. Habentur enim in eo (1) REMEDIA varia MEDICA, linguâ Germanicâ conscripta. (2) RHYTHMI vet. Germanici de gemmis earumque virtute & præstantia. Finis eorum satis ridiculus hic est:

Hie endent sich die Edelstein,
Nun leb ich noch, und habe kein.

(3) LUCIDARIUS s. aurea gemma liber s. Dialogus Theologico-Philsophicus linguâ Germ. (4) Sententiæ variæ morales è SS. Patrum scriptis

ptis conlectæ. (5) Anonymi historia DIOCLETIANI & SEPTEM SAPIENTUM rhythmis Germanicis satis facetis contexta parabolisque haud inelegantibus exornata. Auctor se eam ex Latino convertisse dicit in proœmio. 3:.

LXXXVI. Quart. De LAPIDIBUS PRETIOSIS earumque virtutibus libellus, linguâ German. circa finem Sec. XV. exaratus, initio & fine carens. 1:30.

LXXXVII. Duod. Codex membraneus, circa Sec. XIV. finem scriptus, mutilus. Continet Pharmacevtica seu varia contra diversos morbos remedia. 1:.

LXXXVIII. Fol. Sec. XV. exaratum volumen, exhibens MEDICA (1) *Jo.* de TORNAMIRA, Decani præclari studii Montis-pessulani Clarificatorum, de curatione morborum. (2) M. *Bernardi* ALBERTI, Decani Montis-pessulani Introductorium in Practica. 1:30.

LXXXIX. Quart. RHYTHMI GERM. VET. circa fin. Sec. XV. vel initium XVI. à *Jo.* ROSENPLUT dicto SCHNEPPERER compositi, continentes HISTORICA & SATYRICA. 3:.

XC. Forma minima. Exhibet hic Codicillus circa finem Sec. XV. scriptus, Anonymi GRAMMATICA ac varia de lingua Lat. addiscenda præcepta. 1:30.

SUPPLE-

SUPPLEMENTUM III.
CATALOGI MSSTORUM MAJORIS,
Exhibens
Theologica MSSta.

I. FOl. Continens varia Theologica ad Historiam Eccles. spectantia & Philosophica. Comparet (1) Anonymi dissertatio Theologica de *Philippi* MELANCHTONIS CONFESSIONE FIDEI, anno CIↃ IↃ XL. & XLII. edita, ab Augustana Confessione in articulis de peccato Originis, de Christo, de Justificatione, de Ministerio Ecclesiastico, de nova obedientia, de Ecclesia, de Baptismo, de Cœna Domini, quoad res & verba, multum distante. (2) Ejusd. Dissertatio II. seu collationis AUGUSTANÆ CONFESSIONIS cum *Philippi* MELANCHTONIS variata, Pars II. ab Art. XI. usque ad XXI. (3) Ejusd. Dissertatio tertia, de articulis, in quibus recensentur abusus mutati. (4) Ejusd. ut videtur, Auctoris disquisitio Historico-Theologica CONSTITUTIONIS INTERIMISTÆ satis prolixa. Dolendum autem initio & fine aliquot folia deficere. (5) Varia *Jo.* BRENTII, Senioris, & ad ipsum spectantia scripta, à coævo conlecta. (6) EPISTOLÆ, quæ à D. PAULO ad SENECAM & vicissim scriptæ

ptæ falso putantur, ex antiquissimo Codice membraneo Bibliothecæ ARGENTORATENSIS exscriptæ 1615. mense Octobri. (7) Anonymi Theses Theologicæ an. 1677. & seq. defensæ de FIDE &c. (8) *Eines* Anonymi (Helveti, ut videtur) *wohlmeynentliche vertrauliche Erinnerung, zu Nachrichtlichem Verhalt derer Herren* Prædicanten *in dem Lands-Frieden.* (9) *E. E. Raths zu ZURCH* Decret *in Ehe-Sachen zweyer von Bußlingen, so einander im andern Grad der Magschafft verwandt.* (10) Decreta *und Satzungen des STECKBORER-CAPITULS von* an. 1571. *biß* 1628. *aus dessen* Actis excerpirt *und ausgeschrieben.* (11) *Heiliger Kinder GOttes bestes Theil, in einer Christlichen Leich-Predigt aus den Klag-Liedern* Jeremiæ III. cap. v. 24. *Sonntags den* 9. Dec. 1711. *in der Kirchen zu Kublis bey volckreicher Bestattung der Hoch-Edelgeb. Margarethen Enderlin von Montzwick, weyland des Wohl-Edelgeb.* Andreæ *SPRECHERS von BERNEGG, gewesenen* Vicarii *und Lands-Hauptmann des Veltlins, hinterlassener Wittib, vorgetragen und erklährt durch* Rudolphum SERERARDUM, *Dienern am Wort GOttes zu Kubliß und Cunterß.* (12) Anonymi Galli liber contra manducationem Corporis Christi. *Discours sur les Paroles: Ma Chaire est vrayement viande &c. & qui mange ma chaire &c. Jean VI. contre la manducation du corps de Christ par la bouche du corps, avec les reponces des Adversaires & leurs refutation.* (13) De PECCATO

TO ORIGINALI alterius anonymi discursus: *Discours du peche originel.* (14) Examen thesium nonnullarum de MEDIATORE: *Expositions & responces aux articles tires des Theses touchant la mediation de Jesus Christ.* (15) Anonymi libellus de LIBERO ARBITRIO, Germanicâ linguâ scriptus, in quo sequentes theses defenduntur. I. Arbitrium hominis & liberum & captum est. II. Ad prævíam gratiam etiam capta voluntas libera. III. Voluntas, ut cogitationes, non potest cogi. IV. Voluntas respondet homini, liberi servi, libera capita. V. Voluntas omnis simul libera est simulque capta. (16) *Janæ* LEADE epistola ad Amicum Londini 13. Dec. st. v. 1697. lingua German. (17) Anonymi liber de SECUNDO CHRISTI ADVENTU ad JUDICIUM, Germanico quoque sermone scriptus. (18) Articuli fidei XXV. Pietistarum, ut vulgo vocantur, *derer heutigen Pietisten Glaubens-Articul Horchens, Konigs, Reitzens* &c. (19) Ministrorum verbi Divini TIGURINORUM, ut videtur, consilium de restauranda DISCIPLINA ECCLESIASTICA, jussu Senatus scriptum die 26. Junii MDCCXIII. (20) Decreta TIGURINA de SCHOLIS: *Verschiedene E.E. Raths zu Zürch Erkandtnuß* 1679. seq. *die Schul betreffend.* (21) Sylloge PARADOXORUM THEOLOGICO-PHILOSOPHICORUM ab anonymo conscriptæ, Genevæ die 13. Martii an. 1655. (22) Anonymi Galli ETHICA. (23) *Sam.* ALBI-

NEI

NEI quæstio de sede animæ, in promotione solenni An. 1657. proposita & alia Philosophica. (24) Objectiones DAVELLI contra sententiam eorum, qui volunt divinam immensitatem esse locum seu spatium omnium rerum creatarum. 6:.

II. Fol. In quo præter Confessionem Augustanam, typis exscriptam, sequentia occurrunt manu exarata lingua Germ. & Lat. (1) Narratio de recessu inter Imperatorem & Lutheranos Principes habito 23. Sept. 1530. (2) *Der HANAUISCHEN Evangelischen* Prædicanten Confessio *und Bekandtniß.* (3) *Abschiedt der Gesandten Augspurgischer* Confession *zum* COLLOQUIO *in WORMS, welche so lange da geblieben seynd, biß die Widersacher nicht haben weiter darin* procediren *wollen.* 1557. (4) *Die Abgœttischen Artickul, gestellet von einem Mœnch in Bayern, darauf die* INQUISITIO *soll fürgenommen werden, die GOtt genædiglich abwenden wolle,* an. 1558. *mit einer kurtzen Erinnerung des Herrn* Philippi MELANCHTONIS. (5) *Form, wie man die Ælteſten, so in dem Wort mit arbeiten, in der Gemein beſtættiget.* (6) *Summarischer Begriff, Regel und Richtschnur, nach welcher alle Lehr geurtheilet und die eingefallene Irrung Christlich erklæret und entschieden werden sollen.* (7) *Kurtzer Bericht vom Amt der SENIOREN.* (8) *WOLFFGANG, Grafens zu ISENBURG und BUDINGEN, Kirchen-*Disciplin *und Ordnung* 1592. (9) Carmina elegantia

tia. Epitaphium ſcil. *Philippi* MELANCHTONIS. MARTINUS LUTHERUS Anti-Chriſti Rom. Domitor. de Petro MARTYRE Vermilio Florentino. (10) *Theod.* BEZÆ, Vezelii, ſumma doctrina de re ſacramentaria. (11) Carmina varia *Joh.* OECOLAMPADII, *Jo.* CALVINI &c. (12) Concio de ASCENSIONE CHRISTI in cœlum Latina. (13) Concio itidem Latina, de AGNO PASCHALI, ex Exod. XII. (14) CARMINA, aliquot Lat. de argumentis Theologicis. (15) Concio Lat. de INCARNATIONE CHRISTI inſtitutæ ex prima ejus promiſſione in Paradiſo facta, Gen. III. & ejusdem nativitate & exhibitione præſtita, Matth. I. 3 :.

III. Quart. *Caroli* DRELINCURTII, Paſtoris Calviniani Pariſienſis, compendium controverſiarum cum Eccleſia Romana &c. à *Guilielmo Mauritio* THAURERO in linguam Germ. è Gallica verſum : *Carl DRELINCOURTS, Dieners am Wort GOttes in der Reformirten Kirchen zu Paris, kurtzer Begriff der ſtrittigen Puncten, oder Summariſcher Inhalt der Irrthumen Rœm. Kirchen, ſamt Widerlegung derſelbigen, mit ausdrücklichen Sprüchen der H. Schrifft, aus dem Frantzœſiſchen ins Teutſche überſetzt durch Wolff Moritz THAUREN.* 1 :.

IV. Quart. Scripta varia Theologica diverſorum Auctorum (1) D. *Leonhardi* HUTTERI, Prof. Wittebergenſis, liber de Scriptura Sacra ſeu verbo DEI revelato 1605. (2) *Ejusd.* HUTTERI

TERI Commentarius in locos communes Theologicos *Philippi* MELANCHTONIS. Præmittuntur prolegomena quatuor capitibus absoluta de authore horum locorum Melanchtone &c. (3) Theses de Exorcismo, quos biennio ante beatam analysin conscripsit & post se reliquit Cl. V. *Ægidius* HUNNIUS. Adjectæ in margine, rubro colore, animadversiones ab anonymo in Exorcismi defensionem, qui in thesibus illis gravissimis argumentis impugnatur. (4) *Tilemanni* HESHUSII responsum, *über die Frage: Ob ein rechtglaubiger Christ mit Unchristen, als mit Juden, Türcken, Heyden, oder mit offentlichen Verführern, Ketzern, Læsterern und Gœtzen-Dienern, als auch mit Sacraments-Feinden, Papisten, Wiedertæuffern, Mœnchen und Pfaffen, oder auch mit offentlichen Epicurern und Sundern, die in bevvusten Ehebruch und andern Lastern liegen, mœge bürgerliche Gemeinschafft haben, mit ihnen essen und trincken* &c. *Antvvort* Tilemanni Heshusii, *Bischoff auf Samlandt*, mense Majo 1606. (5) PSALMORUM septem POENITENTIALIUM orthodoxa explicatio *Friderici* BALDUINI, SS. Theol. in Acad. Witteb. Prof. Publ. 1605. (6) M. *Jo.* BEHM, Borussi, explicatio Psalmi XVI. Davidici 1608. (7) D. *Frid.* BALDUINI Commentarius in Aggæum Prophetam MDCVI. (8) Ejusd. Analysis brevis & succincta Prophetæ Malachiæ 1608. (9) *Wolffg.* FRANTZII, S. S. Theol. D. & PP. Commentarius in Devteronomium MDCV.

(10) Ejusd. ut videtur, FRANTZII succincta brevisque explicatio passionis ac mortis Domini & Servatoris nostri JESU Christi, secundum Marcum Evangelistam, brevissime descriptæ. 4:.

V. Quart. In quo varia Theologica Sec. XV. conscripta (1) liber de victoria Christi contra Anti-Christum, auctore *Hugone* de NOVO-CASTRO, Ordinis Fratrum Minorum, S. Theol. Doctore. (2) *Nic.* de LYRA quæstio de incarnatione verbi contra Judæos. In fine legitur; Explicit quæstio de Probatione per scripturas Judæis receptas, quod mysterium Christi in Lege & Prophetis prædictum, sit impletum, determinata à Fratre *Nicolao* de LYRA, de Ordine Fratrum Minorum. (3) Epistola quam scripsit Mag. SAMUEL ISRAHELITA, de FEZ civitate oriundus, Regis Marrochitani ad Rabbi Isaac Magistrum Synagogæ, quæ est in regno prædicto, translata de Arabico in Latinum per Fr. *Alfonsum* BORIHOMINIS, Hispanum, Ord. Prædicatorum. (4) Decem præcepta Domini secundum ea, ut B. AUGUSTINUS exposuit. In fine adjectus decalogus rhythmis Germ. vet. redditus cum admonitione ad singula præcepta de decem plagis Aegypti, quas ob transgressionem cujusque præcepti inflictas Ægyptiis putat auctor. (5) SPECULUM AMATORUM MUNDI. In fine notatum: Explicit Speculum Amatorum mundi per me Petrum Erbach anno Domini MCCCCXLIV.

in

in die Adriani Martyris. Hunc non auctorem libri, sed scriptorem fuisse, verisimile est eumque parum elegantem, quod inspectio propriaque confessio probat, additus scil. versus:

Scriptor scripsisset bene, melius si potuisset.

(6) In hoc volumine habetur: Anonymi ORATIONIS DOMINICÆ & ANGELICÆ SALUTATIONIS expositio brevis. (7) De Urbis CONSTANTINOPOLEOS jactura captivitateque ad S. D. N. Pont. LEONARDI CHIENSIS humilis Theologiæ Professoris Mithelenique Archiepiscopi, historia scripta, ut ex fine patet, Chygi 16. die Augusti MCCCCLIII. (8) Anonymi disputatio contra JUDÆOS. (9) Reprobatio LYRÆ, cujusdam JUDÆI tractantis & sonantis contra Evangeliumfinita, in oppido Duderstadt anno Domini MCCCCXXIIII. in Sabbatho ante Dominicam Judica. (10) GERSONIS, ut ex nota GER. quæ passim legitur, videtur, libellus contra Judæos. (11) Opusculum disputationis JUDÆORUM contra ANASTASIUM, quod Paschalis de Roma ad honorem Ven. Patriarchæ Graudensis transtulit anno Domini MCLVIII. 5:.

VI. Quart. Complectitur Theologico-Historica, quibus tamen alia nonnulla immiscentur. Occurrunt præterea in hoc volumine varia num. LXXIX. quæ omnia enarrare nimis longum foret. 3:.

VII. Quart. Theologica varia. Videlicet (1) *Jo.* COCCEJI magni nominis Theologi syllabus

controversiarum religionis quæ Ecclesiis Orthodoxis cum quibuscunque adversariis intercedunt, *Jo. Lud.* FABRICII manu descriptus 1676. (2) Anonymi, forsan ejusdem, ut haud levis conjectura est, COCCEJI Canones Theologici ad faciliorem variorum Scripturæ locorum difficiliorum explanationem. (3) *Kurtze Vorstellung, vvorinnen die Glaubigen vor dem GESETZ, unter dem Gesetz und unter dem Evangelio miteinander übereinkommen und voneinander unterschieden seyen.* A priore Dn. Possessore in margine notatum legitur: Lis inter SUITZERUM & GESENIUM. (4) *Exposition de la vraye doctrin de ceux qu'on nomme PIETISTES en SUISSE, sur tous les articles cy contenues.* (5) Oratio de SANCTITATE JESU CHRISTI Primogeniti ad Lucæ II. 22 - 24. habita à J. B. O. (*Joh. Bapt.* OTTIO) in festi nativitatis professo die 24. Dec. MDCCIX. (6) Ejusd. Parallella Pentecostes & reformationis Patriæ. (scil. Helvetiæ.) (7) D. D. HEIDEGGERI Ethicæ Christianæ lineamenta unà cum annotationibus. 2:.

VIII. Octav. Continens varia Theologica, habetur enim in hoc volumine. (1) Anonymi SYNOPSIS THEOLOGIÆ, tribus libris constans. (2) Fragmentum libelli cujusdam eruditi de ADVENTU CHRISTI, caput videl. V. & VI. quorum illud de signis Christi adventum antecedentibus sub regno diviso usque ad finem captivitatis Babylonicæ, hoc vero de tribus aliis signis

signis agit. (3) Helveti cujusdam Theologi LOCI THEOLOGICI. (4) Anonymi notæ in Synopsin BURMANNI. (5) THEOLOGIÆ SYNOPSIS anonymi. 1:45.

IX. Duod. in quo varia Theologico-Historica, nitidissimo charactere ac lineis arctioribus conscripta. (2) Miscella Theologica, auctore D. *Felice* WASIO, Parocho Tigurino. (2) Ejusd. ut videtur, WASII CHRONOLOGIA PATRUM, scripta Dejæ an. 1648. Patres non modo sec. seriem recensentur, sed vita cujusvis breviter describitur. (3) Specimina VERSIONIS cujusdam BIBLIORUM GERMANICÆ ex singulis V. Test. libris usque ad Jeremiam Prophetam. 2:.

X. Octav. Exhibens varia THEOLOGICO-EXEGETICA & alia nonnulla. Sunt vero (1) Anonymi observationes Theologicæ in I. Epist. ad Corinthios, quibus singulorum capitum argumenta præmittuntur. (2) *Jo. Jac.* WOLFII exegesis in Epistolam Pauli ad Philippenses MDCXXXIII. unâ cum indice verborum Græcorum explicatorum. (3) III. Fragmenta commentariorum anonymi in EPISTOLAS PAULINAS scil. 1. ad Corinthios, ad Ephesios & ad Colossenses. (4) NOTÆ breviores in PSALM. XV-XXI. (5) *Jo. Henr.* SUICERI Commentarius in Epistolam JUDÆ. (6) Anonymi VITA D. PETRI Apostoli & de Testamenti Novi excellentia præ veteri &c. (7) Anonymi cujusdam HELVETI DUBIA IMPIA ac scru-

puli profani in varia Vet. & N. Testamenti loca, lingua Lat. & Germanica. 4:.

XI. Octav. Theologica varia (1) *Jo. Casp.* WOLFII, Theolog. Prof. Tigurini, Observationes Theologicæ ad Compendium ALTINGII. (2) Anonymi observata Theologica seu potius objectiones variæ, in universos Fidei articulos, unà, cum responsionibus in eandem. (3) Index *über die Schluß-Reden* Huldrici ZVINGLII. (4) CONVENTUS CAPITULI JESUITICI nuperrime alicubi habitus. Est SATYRA obscœna & virulenta in JESUITAS, versibus leoninis conscripta. (5) Anonymi PROPHETIA de futuro EUROPÆ STATU, potissimum vero de Familia Vinariensi & Austriaca, Germ. 2:30.

XII. Octav. Exhibens libros SALOMONIS rhythmis Germ. per Benedictum FIGULUM Huttenovillanum Fr. Poëtam Laureatum Mesisso-Cæsareum, Th. M. Eremitam Titulos singulorum: (1) Liber PROVERBIORUM, quem Hebræi Misle appellant. *In Teutsche* Rhythmos *gebracht und verfeizt*, in vinculis 1617. (2) ECCLESIASTES, qui ab Hebræis COHELETH appellatur, *in Teutsche* Rhythmos *verfasset* anno Epochæ Christianæ 1617. (3) CANTICUM CANTICORUM Salomonis, quod Hebraice dicitur, *Sir Hassirim*, *in Teutsche* Rhythmos *verfasset*, in vinculis 1617. (4) Liber SAPIENTLÆ SALOMONIS Regis, *das Buch der Weißheit des Kœnigs* Salomonis, in *Teutsche* Rhythmos *gebracht*, in vinculis à Benedicto

nedicto Figulo &c. in fine hæc notavit author: Finiebam hoſce rhythmos 8. Septembris, in vinculis 1617. 1:30.

XIII. Quart. *Leopoldi* DICKII JCti commentarius in orationem Dominicam ſatis elegans ad Reverendiſſ. in Chriſto Patrem eundemque Illuſtriſſ. Principem ac Dom. Dominum Albertum SS. Eccleſiæ Rom. Tit. S. Petri ad vincula Presbyterum Cardinalem Legatum natum, Moguntinenſis & Magdeburgenſis Eccleſiarum Archi-Epiſcopum, Principem Electorem, Primatem, Adminiſtratorem Halberſtatenſem, Marchionem Brandenburgenſem &c. 1:60.

XIV. Fol. Complectens D. *Mart.* LUTHERI dicta & acta memorabiliora, ab *Antonio* LAUTERBACH, ipſius Lutheri coævô ac Familiari, conlecta. Admiſcentur nonnulla MELANCHTONIS & aliorum coætaneorum. Conſcripta ſunt lingua quidem Latina, Germanica tamen nonnulla immiſcentur. Dolendum vero initio ſeptem, circa medium autem folia etiam nonnulla deficere. Similia ſunt Colloquiis Lutheri menſalibus, ab editis tamen differunt. Videtur hoc volumen aliud præceſſiſſe vel in ſupplementum Colloquiorum jam dictorum Lutheri collectum. Folio 125. (b) in margine Tomus I. eorundem citatur, præſens ergo vel ſecundus vel ſupplementum prioris eſſe debuit. Folio etiam 251. in fine ſequentia leguntur: hæc ſeq. in primum Tomum. ſeu volumen inſerenda, poſt locum de regionibus &

populis. *Antonium* vero LAUTERBACHIUM collectorem extitisse duobus ex locis evincitur, fol. enim 30. (b) ubi legitur M. Ant. Lauterbach Diaconum exposuisse Luthero : à Pomerano Pastori interdictum esse , in margine notatur : Is (scil. Lauterbachius) hunc librum collegit. Fol. autem 148. inserta epistola *Mart.* LUTHERI ad ipsum , cui in margine adscripta : A quo (scil. Lauterbachio) ego nactus hæc collectanea. 10:.

XV. Octav. Continens loca LUTHERI memorabiliora , excerpta per *Joan. Christoph.* ab UFFENBACH, Possessoris Avunculum MDCLXXII.

XVI. Fol. Constans foliis 591. exhibet PASSIONEM JESU CHRISTI ex S. Scriptura, Patribus, quorum integra loca proferuntur, aliisque Theologis , ab anonymo illustratam. *Das Leiden und Sterben unsers Herrn und Heylandes JESU Christi , aus denen Evangelisten zusammen getragen, mit einer schrifftmæssigen , auch der Heiligen, Griechischen und Lateinischen Vætter , ingleichen Evangelisch-Lutherischen vortrefflichen* Theologen *Erklæhrung und Beyfügung auserlesener Gebether und Lieder , nach denen Tagen der also genandten Char-Woche entworffen von einem Liebhaber der Wunden JESU Christi , welcher nicht dafür hælt, daß er etwas wisse , ausser JESUM Christum den Gecreutzigten.* Paul. II. Corinth. cap. IV. vers. 8-10.- 1:60.

XVII.

XVII. Quart. THEOLOGI anonymi SUEVI enarrationes Lat. Germ. in LIB. I. REGUM circa an. MDLXVI. ut ex fine patet, scriptæ. 1 : 30.

XVIII. Octav. Exhibens ACTA DISPUTATIONUM ab eruditis nonnullis SUEVIS sub certis legibus seu statutis habitarum. De legitima vocatione Ministrorum Ecclesiæ Dei. De S. Scriptura. De Deo Triuno &c. Statutis subscripserunt: *M.* SCHAEFLER Backnangius. *M.* EPISCOPUS Zofingensis. *M.* RUEFF Bœtiranus. *M.* SOLMITZER Grævenhusanus & *M.* HASELMAYER Canstadiensis. 1 : 30.

XIX. Quart. Exhibet spissum hoc paginis 1694. constans volumen *D. Jo.* MUSÆI in integrum Prophetam ESAIAM COMMENTARIUM, quem MDCLV. cœpit ac MDCLVIII. absolvit. 3 :.

XX. Quart. Exhibens varia *D. Georgii* CALIXTI & aliorum Theologica. Habentur enim in eodem (1) Acta disputationis CALIXTI cum RINTORPIO & alio Jesuita de authoritate & infallibilitate Pontificis Rom. Dolendum, quod primum folium deficiat. (2) *Ejusd.* CALIXTI de controversia nobili & agitatissima de propagatione Animæ rationalis tractatio. (3) EJUSD. (ut videtur, nam nomen huic non adscriptum,) refutatio opinionis D. Meisneri, Prof. Theolog. Witeberg. de formali peccati originis, vel an formale peccati originis sit res positiva? (4) EJUSD. expositio oraculi de LXX. septimanis Prophetæ Danieli manifestati Dan. IX. 24. in Festo Annun-

ciat. Mariæ Oratio. (5) EJUSD. de visibili Ecclesiastica monarchia contra Pontificios libellus. (6) *Ejusd.* CALIXTI Prolegomena in Jesaiam, de Prophetiarum natura Prophetisque. (7) EJUSD. de studiis Theologicis qualia vel olim fuerint, vel hodie sint atque inde adeo ab Apostolorum seculo, tanto temporum tractu, aliis atque aliis subinde intervenientibus casibus, ad nostrum usque pervenerint? (8) EJUSD. Oratio in Festo Epiphaniæ, qua nonnulla antiqui fœderis de Messia nascituro testimonia perlustrantur, explicantur & à corruptelis Judaicis vindicantur. (9) *Ejusd.* CALIXTI de jejunio ex Esaia LVIII. 6. Oratio, ubi quotuplex & quodnam sit proprium & genuinum, quomodo & in quos fines institui debeat, denique quam procul & à vera jejunandi ratione Pontificia Ecclesia absit, quodque Deum & homines ementita & vana quadam specie ludat. (10) EJUSD. oratio de calamitatibus temporum remediisque malorum, habita festo Collegii an. 1621. (11) L. HORNEJI Capitis XXXIII. Exodi explicatio. (12) EJUSD. ut videtur, Cap. IX. ad Romanos illustratio. (13) Anonymi (forsan CALIXTI) dissertatio de THEOLOGIÆ natura. (14) *D. Georgii* CALIXTI ad Theologiæ studiosos programma in Acad. Julia PP. cIↃIↃcxxv. (15) EJUSD. notæ elenchticæ de primo in Theologia principio, contra NIHUSII Neo-Catholici epistolam cIↃIↃcxxv. (16) *Cornelii* MARTINI, Antverpii Prof. publ. in inclyta Acad. Julia, propositio-

positiones de unione duarum naturarum in Christo & ipsius Christi persona. (16) EJUSD. ut videtur, definitiones & axiomata cum postulatis, quibus præcognitis est opus, ut fabula ubiquietatis analyticè refellatur. (17) EJUSD. expositio, quibus rationum hypothesibus ubiquietatem essentialem humanitatis Christi defendant Ubiquietarii. (18) *Georgii* CALIXTI, Holsati, de Pontificio Missæ sacrificio Tractatus, cujus priore parte Ceremoniæ ejus describuntur; posteriore ritus administrandæ Eucharistiæ antiquitus usitati annotantur: Sacrificium unde, quid, quotuplex, quodnam novi Testamenti proprium sit, explicatur & fictitium illud evertitur. (19) Consultationes in his tumultibus bellorum Turcici & Pontificii, continentes quo tandem eventu sint illa finienda & quo tendant persecutiones Christianorum in regno Pontificio: nec non explicatio temporis, temporum & dimidii temporis, bis in Daniele & semel in Apocalypsi propositorum: & nonnulla alia, quod Angelus Ecclesiæ Christi in Philadelphia, de quo tertio capite Apocalypseos, nemo alius sit, quam Princeps Saxoniæ: & quænam ibi eorum fata significentur: per *Henr.* NEUMEISTERUM, Medicum Cizicensem. (20) EJUSD. Explicatio vaticinii in libro IV. Esdræ de toto Rom. Imperio & de Ecclesia sub hæc tempora ultima. (21) D. Sam. Ben. CARPZOVII *Bedencken von den PIETISTEN auf Churf. Befehl gestellet den* 15. *May* 1690. (22) D. Philip. Jac. SPENERS

auf

auf ebenmæſigen Churf. Befehl von denen PIETISTEN aufgeſetztes Bedencken. (23) Frantz Julii LUTKENS *Antwort auf Herrn D. SPENERS Schreiben wegen* M. I. C. SCHADEN ſub dato *Cœlln an der Spree den 27. Febr.* 1697. (24) Anonymi diſquiſitio de remedio Papiſtico adverſus hæreſin, ſcil. reformatione. (25) Epigramma de Ludovici (XIV. Galliæ Regis) & Huguenotarum fatis. 6:.

XXI. Octav. In quo (1) EVANGELIA DOMINICALIA & FESTIVALIA verſibus ſ. hymnis Germanicis reddita ab Euchario EYRINGIO, *Sommer-Theil der Evangelien Geſang-weiſe ſamt den kurtzen Lateiniſchen und verteutſchten Argumenten, auch ſummariſchen beſchlüßlichen Gebethlein durch Eucharium Eyring, Pfarrern zu Streuſdorff* 1589. (2) *Evangelien von den fürnehmſten FESTEN durchs gantze Jahr Geſangs-weiſe, dem Winter- und Sommer-Theil gleichförmig, geſetzt.* 1:30.

XXII. Quart. Anonymi THEOLOGI SUEVI annotationes in DANIELEM Prophetam Philologico-Hiſtoricæ perdoctæ circa an. MDLVIII. 3:.

XXIII. Fol. *Theod.* SOMMERI Stoltenoviani Tractatus Phyſico-Theologicus aureus & maximè rarus de ave marina & hyberna HALCYONE, ECCLESIÆ in hac vita militantis & futurâ triumphantis typice præfigurante, hoc turbulentiſſimo deploratiſſimoque tempore in coanguſtatæ & afflictiſſimæ Eccleſiæ doctrinam ac conſolationem

nem eleganter & consolatoriè, compluribus utilissimis inde emanantibus doctrinis discendis earumque oppositis vitandis alternatim subjunctis, methodicè conscriptus, recognitus & locupletatus. Anno reparatæ salutis 1620. 2:.

XXIV. Octav. (1) Anonymi justa reprehensio manifestorum quorundam errorum in COLLOQUIO MAULBRUNNENSI de COENA DOM. à Theologis admissorum. Adj. Coronis de judicio formando in dignoscenda veritate. (2) Ejusd. ut videtur, authoris Elenchus defensionis pro fucata Cœnæ Dominicæ mutilatione, à *Jacobo* HORSTIO, Colonienſi Canonico & Theologiæ (si Diis placet) Licentiato susceptæ. Prior hujus voluminis possessor hæc initio notavit: Colloquium illud an. 1654. Maulbrunnæ (Cœnobium est in Ducatu Würtembergico) auspiciis Friderici III. Elect. Palat. & Ducis Würtembergici institutum. Aderant ex parte Reformatorum Bocquinus, Dillerus, Ursinus, Dathenus, Erastus & Xylander: Ex parte Lutheranorum: Brentius, Andreæ, Schnepfius, Bidembachius, Fister, Lucas Osiander. D. Andreæ solus ferè disputavit. Argumentum disputationis erat doctrina de S. Cœna & de omni præsentia Christi. Utraque pars suæ instítit sententiæ & nihil omnino effectum. 1:45.

XXV. Quart. In quo (1) *Adriani* ab ANDRIA disquisitio de RIXIS & CONTROVERSIIS ob RELIGIONEM: *Vom Religions-Zanck und Streit, woher derselbige entspringe, worinn er bestehe, was für*

für groß Unglück und Unheil er in der Welt anrichte und verursache und dann auch wie und auf was Weise man das Wort GOttes und die reine Lehre ohne Zanck zu Christlicher Erbauung vertheidigen solle durch Adrianum ab ANDRIA, Adamantinum. (2) De iisdem rixis rhythmi Germanici sub tit. *GEISTLICHER RAUFF-HANDEL.* (3) Anonymi deductio de QVARTÆ MONARCHIÆ destructione & de Reformatione Evangelica universali: *Erkanntnus der Zergehung dieser vierdten Monarchie* Dan. II. & VII. *und wie das Gerichte GOttes auf die Vœlcker dringet, welche dieselbe inne haben, wie solche Deduction aus gœttlichem Antrieb zur nœthigen Prüfung dieser Zeit Beschaffenheit und als ein* prodromus Famæ *seiner verordneten Christ-Evangelischen Universal-Reformation.* Ps. II. & CXLIX. Apoc. V. & XVII. *den vornehmsten Churfürsten und Stænden selbigen Reichs noch* an. 1627. *unterschiedlicher Weise schrifftlich* insinuiret *worden, darinnen der irrige Wahn, als ob solch vierdt-Monarchisches Welt-Reich samt dem Antichrist biß zum jüngsten Tag verbleiben müsse &c. aus den wahren Zeugnüssen Gœttl. Worts alten und neuen Bunds-Schrifften, mit richtiger Concordanz.* refutiret; *und dargegen beständig* demonstriret *wird, daß ermeldtes letztes Haupt-Reich von Christo als dem gœttlichen Malmstein* Dan. II. *noch vor dem jüngsten Tag endlich müsse gefällt und neben andern Thierischen Reichen* Dan. VII. *nachdem sie ihre bestimmte Zeit vollendet, seinen dagegen unter dem Himmel, das ist, auf Erden an-*

richten-

richtenden Gœttl. Triumph-Kœnigreich und deſſen heiligen Ober-Regenten oder General-Directoren untergeben werden, maſſen Chriſtus ſelber von ſolchem Kœnigreich GOttes Dan. II. *das iſt, erſt auf die letzte trübſeeligſte Zeit die Antichriſtiſche Drangſalen* Dan. XII. Apoc. XIII. &c. *bey nahem und neben der geiſtlichen (ſo vor 1600. Jahren angefangen) nunmehr auch die leibliche Erlœſung aus dem neuen Egypten und Babel ſeinem Volck mitbringen, ſowohl als die Reich der Welt unter ſeinen Zwang nehmen werde, geweiſſaget,* Luc. XXI. Apoc. XII. &c. *auch ſich darum den Ertz-Fürſten aller Kœnige auf Erden und geiſt-wœrtlichen zweyfachen (wie das ſcharffe Schwerd in ſeinem Mund bedeut, ſo forderiſt das Hertz des Antichriſts und groſſen Gottloſen ſamt der Cron ſeines zweyfachen Reichs Gewalt entzwey hauen ſoll.* II. Theſſ. II. Eſaiæ II. &c.) *General-Commendanten oder Ordinantz-Geber ſeiner himmeliſchen und irrdiſchen Heerſchaaren genennet hat* Apoc. I. & XIX. (4) Rhythmi de PRÆSENTI MUNDI STATU: *Geſtalt der jetzigen Welt.* 2:.

XXVI. Quart. Quo continentur VARIA THEOLOGICA Sec. XIV. conſcripta maximam partem myſtica & aſcetica. (1) *Richardi* S. VICTORIS explicatio Somnii Regis Babyloniæ Nabuchodonoſoris. Richardi S. Victoris *eines Prediger-Mœnchs ſchœne geiſtliche Auslegung des Traums des Kœnigs Nabuchodonoſors zu Babylonien, genannt das guldene Buch, erſtlich in Lateiniſcher Sprach beſchrieben und vom uralten verteutſchten Exemplar abge-*

abgeschrieben. (2) *Henr.* SUSSII sermones ad Virgines devotas, quibus in fine adjecta alia nonnulla: *Heinrich Süssens schœne Predigten an geistliche Jungfrauen.* (3) Excerpta ex monachi cujusdam S. Francisci, Tauleri assectæ, sermonibus mysticis in varia S. Scripturæ loca: *Schœne und gute Lehren, gezogen aus einer sehr alten Postill, vermuthlich eines Franciscaner-Mœnchs, dann der* Author S. Franciscum *offt seinen H. Vater nennet, vor Zeiten von einer Kloster-Jung frauen S. Beatrix genannt, geschrieben.* Adscripsit prior possessor has notas: *Es kommt solche Postill aus dem Kloster, da* Dr. Joh. Tauler (*mit dessen Lehr und Worten sie sich sehr vergleicht*) *Prediger ist gewesen,* credo *zu S. Claus* in undis *zu Straßburg. In der Predigt uf den Charfreytag lehret der* Author *gantz Evangelisch, daß der Mensch aus Gnad GOttes gerecht und seelig werde.* (4) Duplex EXPOSITIO ORATIONIS DOMINICÆ inter TAULERI scripta reperta: *Eine gute Auslegung über das Vatter unser* &c. *nebst noch einer kurtzen über eben dasselbe.* Adscriptum in margine hoc monitum: *das uralt Original hab ich noch, ist unter* TAULERI *Büchern funden im Kloster, weiß nicht ob er es gemacht hab, gilt gleich, dann es gar gut.* (5) M. ECKHARTI, TAULERI, D. SUDERMANNI ac aliorum precationes, meditationes &c. *Allerley schœne Gebethe, Betrachtungen, Lehren und Lieder, so zum Theil Mag. Eckhardts und Taulers, zum Theil auch anderer gottseeligen Mœnner seynd. Die meisten*

aber

aber sind aus einem Closter zu Cœlln beneben vielen Taulerischen Schrifften kommen. 1:45.

XXVII. Quart. Occurrunt in hoc volumine (1) *D. Jo.* MUSÆI, Prof. Jenensis publ. explicatio Danielis Prophetæ. MDCLXI. Præfixa sunt prolegomena historico-Critica. (2) Anonymi adhortatio ad fratrem de fugienda & derelinquenda Ecclesia Rom. Fratri, ut ex fine patet, oblata die 28. Augusti 1602. *Ein wohl-gegründete Ermahnung aus GOttes Wort, warum man aus dem Pabstthum ziehen soll.* (3) Descriptio Regni Papalis carm. Germ. *der weltlich Pabst* Matth. VII. 16. 20. (4) De REQUISITIS VIRI ERUDITI carmen Germanicum: Requisita *eines Burgers* in regno Cosmographorum *oder* Utopia Erudita. (5) *M. L. R.* Sermo Eucharisticus ob victoriam à GUSTAVO ADOLPHO Suec. Reg. propè LIPSIAM obtentam, Argentorati habitus in verba Habacuc IV. 2. *Eine Christliche Danck-sagungs-Predigt auf das Jubel-Lob- und Danck-Fest, so Freytags den 7. Sept. 1632. in den Straßburgischen Kirchen* celebrirt *und gehalten worden, wegen der herrlichen Victorie, so der allmæchtige GOtt seiner Evangelischen Kirchen vor einem Jahr gemeldten Tags durch* Gustavum Adolphum, *der Schweden, Gothen und Wenden Kœnig* &c. *zu Leipzig allergnædigst verliehen hat, gehalten in der Abend-Predigt zu S. Thoman von* M. L. R. 2:30.

XXVIII. Octav. Anonymi in PSALMOS commentarius non indoctus, ast mutilus. Incipit à Psalmo V. & desinit in Ps. XXXIV. Adj. in fine (2)

fragmentum vet. cujusdam libelli de ESU AGNI PASCHATOS. (3) VESPERÆ SOLIS FRANCICI, seu Psalmi varii, ad imminentem sensim Francici solis occasum, à Citharœdo Anglico decantati. Applicatio est SATYRICA, ideoque profana, Psalmorum Davidicorum in Regem Galliæ &c. 1:60.

XXIX. Duod. Liber PRECATIONUM ISABELLÆ, Comitissæ NASSOVIÆ, natæ Ducissæ LOTHARINGIÆ, patet hoc non modo ex armis gentilitiis initio voluminis adpictis; sed & ex hac quoque nota præfixâ: *der hochgebohrnen Fürstin, Frauen Frauen, Isabbe, gebornen Hertzogin von Lothringen &c. Frauen zu Nassau und Saarbrücken ist diß Büchlein gewest*, requiescat in pace. 1:.

XXX. Quart. *P. Jo.* DEZII liber de reunione Protestantium: *die Vereinigung der Protestanten zu Straßburg mit der Rœm. Kirchen, als welche zu ihrem Heil nœthig und nach ihrer Lehre leicht ist, durch* P. Jean DEZ, *der Gesellschafft Jesu Priestern*, cum approbatione & permissu Superiorum. *Straßburg* 1688. Illud ipsum exemplum, ut notæ Typothetarum docent, est, ex quo typis exscriptus liber, ut ex præfixo notamine patet, ab Illustri OBRECHTO in Germ. versus est, ita enim in fronte libri legitur: *Traduction de la Reunion des Protestants par Mr.* OBRECHT. :60.

XXXI. Quart. *Jo.* VALDESII meditationes seu considerationes Theologicæ CX. ex Italicâ in linguam, quæ Romana vocatur, translatæ. MDLVIII.

Las

Las cientas & diez consideraciones del VALDES, *traduzidas de l' Ytaliano en Romanez.* 2:.

XXXII. Quart. In quo (1) THEOLOGIA GERMANICA: *die Teutsche* Theologia, *das ist, wie Adam in uns sterben, Christus aber in uns leben müsse, mit einer Vorrede* D. Joh. ARNDTENS, *General-Superintendenten des löblichen Fürstenthums Lüneburg.* (2) *D. Jo.* STAUPITII de amore divino libellus: *ein geistreiches Büchlein von der holdseeligen Liebe GOttes beschrieben von* D. Joh. *von* STAUPIZ, *weiland Abt zu Salzburg, zu S. Peter,* an. 1518. 1:.

XXXIII. Quart. Anonymi Colloquia de BONA EDUCATIONE, bonis moribus & vita Christiana, linguâ Germ. scripta. 1:.

XXXIV. Fol. Quo habentur FORMULÆ CONCORDIÆ BERGENSIS & TORGENSIS, eodem, quô confectæ sunt tempore, conscriptæ: *allgemeine lautere richtige und endliche Wiederhohlung und Erklärung etlicher Artickel Augspurgischer Confession, in welchen eine Zeit hero unter etlichen Theologen Streit vorgefallen, nach Anleitung Gottes Worts und summarischen Innhalt unserer Christlichen Lehr beygelegt und verglichen.* 1:60.

XXXV. Fol. MELLIFICIUM Sacrum THEOLOGIÆ practicum, tam ex sacris fontibus, quam aliis sacrorum & prophanorum Auctorum floribus congestum à *Jo.* MICHAELIS, Witteb. Sax. cIↃIↃcLXI. Exhibet spissum hoc volumen varia Theologica in titulos congesta. 2:60.

XXXVI. Quart. Quæstiones THEOLOGIÆ PRA-

CTICÆ, collectæ ex usu partim, partim ex lectione ab eod. *Johanne* MICHAELIS, Pastore primum in Ahlsdorff, postea in Janickendorff, incept. An. O. R. cIↃIↃcLXXV. Omnia probate & quod bonum est, tenete! Quale autem bonum? non secundum cujuslibet genium & ingenium, sed secundum divini verbi dictum, ductum & experimentum verum probatum. *Ich habs erfahren*, addit Auctor, *daß es wahr ist, was ich hierinnen aufgezeichnet, wers nicht will glauben, erfahre es auch, so wird er mir alsdann recht geben, keiner aber wirds erfahren ohne Creutz und Priesterlicher Treue Amts-Verfolgungen.* Non tentatus qualia scit? Syr. XXXIV. vers. 10. Continent hæc duo volumina multa equidem obvia, non pauca tamen erudita etiam ac memorabilia.

3:.

XXXVII. Quart. Exhibens THEOLOGICO-HISTORICA. Occurrunt enim (1) LOCI COMMUNES, in quibus decreta & anathemata Patrum TRIDENTINI CONCILII confutantur per *D. Josiam* SIMLERUM, S. Theologiæ apud Tigurinos Professorem: ex ore ejus excerpti per *Rodolphum* HOSPINIANUM, Tigurinum, anno Domini MDLXIV. (2) ANTICHRISTUS, h. e. brevis, clara & simplex probatio quinque sermonibus comprehensa, quod PONTIFEX ROM. sit verus, certus, magnus & ipsissimus Antichristus, de quo Sancti Prophetæ & Apostoli prophetarunt & ab illo, ut caveamus, præmonuerunt, authore *Rodolpho* WALTHERO, Ecclesiæ

Ecclesiæ Tigurinæ Ministro, è Germanico in Latinum translata per *Fridolinum* FONTANUM Glareanum. (3) *Ejusd. Rodolphi* GUALTHERI de Helvetiæ origine, successu, incremento, gloria, statu præsenti, quibus causis è statu felicissimo ad miserrimum pervenerint, quibusque artibus cum Deo in gratiam redire possint, libri tres. MDXXXVIII. (4) *Joannis* CANTACUZENI, olim Constantinopolitani Regis, adversus Judæos libri novem, eod. *Rod.* GUALTHERO Tigurino interprete. 1543. Duplex eorundem exemplum hoc volumine continetur utrumque interpretis manu descriptum, prius prototypum vel primum, alterum vero prelo paratum. 6:.

XXXVIII. Quart. Exhibens THEOLOGICO-PHILOLOGICA varia (1) Lectiones *D. Theodori* BIBLIANDRI in IV. libros Regum excerptæ ab *Joh.* WOLPHIO an. 1558. (2) *Ejusd.* BIBLIANDRI interpretatio libri Ruth. (3) Anonymi LECTIO publica cursoria ad GENES. XVII. 6. (4) Paraphrases in ultima MOSIS DEUT. Cap. XXIX. (5) Fragmentum analyticæ expositionis PROVERBIORUM SALOMONIS, ad usum Ethicæ Christianæ accommodatæ. (6) Anonymi LECTIO cursoria ad JOH. I. v. 14. (7) Historia PASSIONIS & resurrectionis CHRISTI, ex Harmonica Evangelistarum narratione depromta. (8) OECONOMIA & conspectus brevis Epistolæ S. PAULI ad ROMANOS. (9) De LITTERIS HEBRÆORUM,

utrum scil. figura ea litterarum Hebraicarum, qua hodie vulgo Biblia Hebraica exarantur, eadem sit, quam Moses in tabulis accepit? (10) COMMENTARIA in Prophetam MALACHIAM, *Joanne* WOLLEBIO, Doctore & Ecclesiæ Basileensis Antistite, auctore. 1626. (11) Anonymi ANALYSIS epistolæ prioris S. PAULI ad THESSALONICENSES. 2:60.

